DE SCUTI HERCULIS HESIODEI POETA HOMERI CARMINUM IMITATORE

DISSERTATIO INAUGURALIS

QUAM

AMPLISSIMO PHILOSOPHORUM ORDINI

IN

UNIVERSITATE LITTERARUM ROSTOCHIENSI

AD

SUMMOS IN PHILOSOPHIA HONORES

RITE IMPETRANDOS

TRADIDIT

FRIDERICUS GUILELMUS STEGEMANN

ROSTOCHIENSIS

ROSTOCHII

TYPIS CAROLI HINSTORFII

MCMIV.

De dissertatione probanda ad ordinem rettulit
Prof. Dr. O. KERN.

Examen rigorosum habitum est die I. mensis Augusti a. MCMIV

PARENTIBUS CARISSIMIS

SACRUM.

Scuti Herculis Hesiodei quicumque fuit poetam ad Homeri exemplum composuisse carmen, id quod iam veteres non fugit, etiam recentiorum nemo negabit. Aristophanes enim, clarissimus ille grammaticus Alexandrinus primus vidit, quod elucet ex his verbis primae ad Scutum hypotheseos:[1] ὑπώπτευκεν Ἀριστοφάνης ὡς οὐκ οὖσαν αὐτὴν [sc. τὴν ἀσπίδα] Ἡσιόδου, ἀλλ' ἑτέρου τινὸς τὴν Ὁμηρικὴν ἀσπίδα μιμήσασθαι προαιρουμένου. Attamen non modo in scuto Herculis describendo poeta Homeri clarissimum Achillis scutum imitatur, sed etiam aliis in rebus, ut in pugnae et armorum descriptione et verbis ipsis illius exemplum sequitur.

Quam rem, quantum ego quidem vidi, abhinc pluribus quam sexaginta annis, postquam Heinrichius[2] antecessit, primus verbis explicavit et in unum locum contulit C. Ferdinandus Ranke,[3] cum editioni Scuti Hesiodei dissertationes complures addiderit, quarum tertium caput inscribitur: „Scutum Herculis cum Homericis et Hesiodeis carminibus comparatum“ Cuius dissertationis prima in parte de imitatione Homeri vir doctus loquitur, ita quidem ut in prima paragrapho

1) Hesiodi carmina rec. A. Rzach 1902. Ed. maior p. 267.

2) Hesiodi Scutum Herculis ed. C. F. Heinrich, Vratislaviae 1802.

3) Hesiodi quod fertur Scutum Herculis ed. C. F. Ranke Quedlinburgi et Lipsiae 1840.

de imitatione Homeri in rebus, in altera de imitatione Homeri in verbis dicatur.

Imitationis Homeri in verbis cum Rankius modo perpauca protulisset, denuo in rem inquisivit anno 1878 Eduardus Kausch,[4] cum commentationem conscriberet: „Quatenus Hesiodi elocutio ab exemplo Homeri pendeat“, ubi pp. 24—37 de Scuto Hesiodeo egit.

Etiam postea a compluribus viris doctis et quod ad imitationem in rebus et quod in verbis attinet, singula compluribus locis prolata sunt, imprimis ab Aloisio Rzach in nova carminum Hesiodeorum editione anno 1902 curata multa congesta sunt.

Sed nunc quoque plurima diversis locis dispersa sunt, ut operae pretium videatur esse omnia componere et, si fieri possit, nova afferre. Nam licet nobis sperare omnibus, quae ad rem pertinent, in unum locum collatis accuratiusque inquisitis intellecturos nos esse, nonne Scuti poeta in Homeri carminibus imitandis certa aliqua ratione usus sit, quae ratio satis respecta adiumentum nobis praestare possit ad intelligendas multas ineptias et singularitates.

Quam in quaestionem, certe quidem dignam, quae accuratius tractetur, hac commentatione mihi proposui diligentius inquirere. Sed priusquam ad ipsum carmen Hesiodeum cum Homeri carminibus comparandum accedo, de fabula, quae carmine exhibetur, pauca puto mihi dicenda esse.

---

4) Ed. Kausch, Gymn. Progr. Elbing 1878 p. 24—37, cui commentationi incommodo est, quod in locis afferendis multa menda inveniuntur.

I. De Cycni fabula.

Herculis cum Cycno pugna carmine Hesiodeo ita fere narratur: Hercules cum Iolao auriga suo et socio, ad Ceycem regem Trachinem proficiscens in luco Apollinis Pagasaei Cycno obviam fit, qui cum Marte patre curru vehit. Hercules Cycnum allocutus, ut pugna desistat adhortatur eumque monet, ne nimis auxilio Martis confidat. Sed cum Cycnus patris auxilio fretus adhortationes Herculis non sequatur, duo heroes, postquam e curribus desiluerunt, dum quadrigae prope eos versantur, magno sonitu concurrunt. Tum primus Cycnus hastam in adversarium mittit, quae scutum quidem Herculis contingit, ipsi autem damnum non affert; Hercules Minerva adiuvante hasta iacta Cycni mentum percutit, ut exanimatus corruat. Deinde Mars, ut filii mortem ulciscatur, in Herculem incurrit, Minervae, quae eum hortatur, ut pugnae finem faciat, non parens hastam in Herculem abicit neque eum vulnerat, quod dea eam celeriter declinat. Hercules autem deum aggressus profligat. Tum Mars a Deimo et Phobo servis curru suo in Olympum reducitur et ipsa quoque Minerva domum patris se confert, dum Hercules cum Iolao ad Ceycem regem proficisci pergit, qui postea Cycnum sepelit.

Hanc fabulae adumbrationem si comparamus cum

imaginibus pugnae Herculis cum Cycno, quas monumenta, i. e. vascula figuris nigris aut rubris ornata[5] ostendunt, cognoscimus esse quidem imagines, quae ad carmen Hesiodeum quadrent, multo autem maiorem esse numerum earum — maxime in vasculis figuris nigris ornatis, quae ad primam saeculi sexti partem referenda sunt —, quae ab hoc carmine discrepent. Jupiter enim in his monumentis additus est Herculis cum Marte pugnam fulmine dirimens ita ut haec pugna omnino non ad finem perducatur. Etiam quod ad vestitum Herculis attinet, monumenta a Scuto Hesiodeo differunt: nam illic plerumque chitone ac pelle leonis vestitus est et pharetram portat et gladium stringit, hic autem, quod interdum etiam in monumentis occurrit, hasta et scuto ornatus est, quae arma ab eius vestitu aliena sunt.

Quae cum ita sint, Hubertus Schmidt,[6] reiecta sententia eorum, qui Jovis figuram „sine certa significatione eodem fere modo, quo multas alias figuras spatii explendi causa inseri vel omitti posse" dixerunt, ut Furtwaengler[7] et Engelmann,[8] rectissime iudicavit plane aliam fabulae formam monumenta exhibere quam carmen Hesiodeum.

Quae fabulae forma etiam litteris tradita est: in Bibliotheca enim illa mythologica, quam Apollodori

---

5) De hac re amplius egit Hub. Schmidt: Observationes archaeologicae in carmina Hesiodea. Dissert. phil. Hal. XII (1891) p. 161 sqq., cuius in explicatione ego quoque nitor.

Antea vascula, quae ad rem pertinent, composuerunt: R. Engelmann Archaeolog. Zeitg. XXXVII (1879) p. 186 sqq. et H. Heydemann Annal. dell' inst. LII (1880) p. 78 sqq.

6) H. Schmidt, l. l. p. 169 sq

7) Furtwaengler apud Roscher Lex. Myth. I, 2210.

8) Engelmann l. l. p. 188.

nomine significare solemus, legitur:[9] Ἄρεος δὲ τοῦτον [sc. Κύκνον] ἐκδικοῦντος καὶ συνίσταντος μονομαχίαν, βληθεὶς κεραυνὸς μέσος ἀμφοτέρων διαλύει τὴν μάχην, et similia Hyginus[10] tradit: „quocum Mars venisset et armis propter filium contendere vellet, Jovis inter eos fulmen misit atque ita eos distraxit". Utrumque mythographum hanc rem ex compendio aliquo fabulari hausisse Schmidtius[11] sibi visus est; idemque quin recte dixerit ipsam hanc fabulae formam ad carmen aliquod vetus referendam esse, quo Herculis cum Cycni pugna tractata sit, nemo dubitabit. Hoc carmen Stesichori quod inscribebatur Κύκνος fuisse Schmidtius statuit eique ego quoque assentior. Scimus enim etiam alia in re Stesichorum in Cycno suo ab Hesiodeo discrepuisse ita, ut Hercules non ab initio Cycnum vicerit, sed primo adversarium a Marte adiutum fugerit. Hanc Herculis fugam Pindarus[12] commemorat, ad cuius locum scholiasta annotat: Ἐτράπη δὲ καὶ ὑπεχώρησεν ἐν τῇ πρὸς τὸν Κύκνον μάχῃ ὁ μέγιστος Ἡρακλῆς, παρορμήσαντος Ἄρεος τὸν Κύκνον — — — — — Στησίχορος ἐν ἐπιγραφομένῳ Κύκνῳ ἱστορεῖ.

Ita non dubitabimus etiam ea quae Pseudo-Apollodorus et Hyginus tradunt, cum Schmidtio Stesichoro attribuere; quin etiam ego putaverim ex monumentis supra commemoratis concludere licere Herculem in Cycno Stesichoreo non Hesiodeis armis, sed chitone et pelle leonis vestitum esse.

---

9) Apollodor. II. 5. 11. 3. (p. 85 Wagner).
10) Hygin. fabul. XXXI (p. 65 M. Schmidt).
11) Hub. Schmidt, l. l. p. 162 sq.
12) Pind. Ol. X, 19 et schol. ad Pind Ol. X. 19 = Bergk, Poet. lyr. gr. III⁴ p. 210, frgm. 12.

Stesichorus autem cogitate et consulto ab Hesiodeo carmine discrepuit, quod idem in ipso carmine videtur professus esse; hoc Carolus Robert[13] cognovit et his verbis expressit: „Von Hesiod weicht Stesichoros ab z. B. im Kyknos; aber er unterlässt nicht ausdrücklich die Abweichung zu markieren, das schliesse ich aus den Worten der Hypothesis der hesiodeischen Aspis: καὶ Στησίχορος δέ φησιν Ἡσιόδου εἶναι τὸ ποίημα. Denn wo anders sollte sich diese Erwähnung haben finden können, als im Kyknos, und wie anders ist sie zu erklären, als dadurch, dass Stesichoros auf die abweichende Behandlung des Hesiod Bezug nahm und dieselbe kritisierte?"

Jam quaerendum nobis est, utra fabulae forma primaria ac genuina sit. Schmidtius[14] a monumentis proficiscitur: antiquissimum omnium monumentorum, quae pugnam Herculis cum Cycno ostendunt, solium Amyclaeum fuit; id Schmidtius in classem eorum vasculorum numerat, quorum in imaginibus Jovis figura deest et quae cum Scuti fabulae forma congruunt. His in monumentis nisus Schmidtius dicit: „id schema, quod Jovis figuram exhibet, mihi non videtur primarium ac genuinum esse", sed Jovis figuram a „maioris ingenii" pictore „schemate tradito repudiato" ex carmine Stesichoreo intercalatum esse censet. Putat igitur primariam ac vulgarem fabulae formam Hesiodeum carmen exhibere, Stesichorum autem formam traditam suo arbitrio commutasse.

---

13) C. Robert, Bild u. Lied; (Philolog. Untersuchungen herausgegeb. von Kiessling u. Wilamowitz V) p. 189.
14) H. Schmidt, l. l. p. 170.

Ego Schmidtio in hac argumentatione minime possum assentiri. Nam quod de solio Amyclaeo dixit, illud monumentum nisi ex Pausaniae descriptione non novimus, Pausanias autem de pugnae Herculis cum Cycno imagine in solio Amyclaeo picta, sola haec verba facit:[15] „καὶ Ἡρακλέους μονομαχία πρὸς Κύκνον“. Quibus ex verbis concludere, ad utram vasculorum classem, quas Schmidtius statuit, hoc monumentum referendum sit, nobis ex mea quidem sententia non licet. Verisimillimum videtur esse in solio praeter Herculis et Cycni figuras alias omnino non fuisse, quod schema etiam vasculorum nonnulla praebent.[16] Monumenta illa, in quibus Jovis figura addita est, an omnia a Stesichoreo carmine pendeant, diiudicare non audeo, quamquam hoc facile fieri potuisse concedo; id autem mihi non videtur dubium esse, quin Stesichorus Cycni fabulae primariam ac genuinam formam tradiderit, eumque ea ipsa de causa in carmine suo expressis verbis indicavisse puto se a Scuto Hesiodeo recedere. Scuti enim poetam a vulgari fabulae forma certis de causis discrepuisse eamque suo arbitrio commutavisse spero me ostendere posse. Sed ad hanc quaestionem revertemur, si carmen Hesiodeum cum Homeri carminibus comparaverimus; quam ad rem iam accedamus!

Ipsius carminis, quod Scutum Herculis nominare solemus, duas partes male inter se cohaerentes dignosci posse apparet, quarum prior, qua Alcumenae laudes et Herculis origo enarrantur, quin ex Eoeis

---

15) Pausan. III, 18. 10.
16) Sunt ea monumenta, quae Schmidtius (l. l. p. 166) signis A. 7, 8. C. 2, notavit.

quae dicuntur Hesiodeis desumpta sit, cum iam veteres non latuerit, etiam recentiorum nemo dubitabit. Hanc priorem carminis partem (usque ad versum 56) in hac quaestione imitationis Homeri tractanda praetermitti posse puto.

Posterior deinde carminis pars denuo in duas partes dividitur, quarum altera a versu 57 usque ad versum 140, quibuscum coniungendi sunt versus 318—480 certamina Herculis cum Cycno et Marte et quae cum iis cohaerent, explicantur, altera a versu 141 usque ad versum 317 descriptionem scuti Herculis continet.

Ego quidem in hac re pertractanda ita faciam, ut prius loquar de iis prioris partis — i. e. versuum 57—140 et 318—480 — locis quibus certum aliquem Homeri locum mihi videtur in animo habuisse, et deinde de singulis scuti imaginibus verba faciam.

II. De imitatione Homeri in priore Scuti parte.

Supra iam vidimus in hoc carmine Herculem Cycno interfecto Minerva adiutrice cum ipso Marte congredi eumque vulnerare. Quod si legerit, quis non recordetur etiam apud Homerum eandem sortem eidem deo obtingere? In Iliadis enim carmine illo, quod dicitur *Διομήδους ἀριστεία*, narratur Diomedes, postquam primo ab Hectore et Marte eum aggredientibus recessit, postea, cum Minerva ei auxilio venerit, Martem vulneravisse ita, ut in Olympum reduci cogeretur, ubi apud Jovem illum graviter accusat. Neque solum ipsa re, sed etiam tota pugnae ratione, quo modo gesta sit, et verbis — quod infra accuratius explicabimus — carmen Hesiodeum

cum Homeri illo loco tantopere congruit, ut statuere non dubitemus: Διομήδους ἀριστείαν exemplum fuisse Scuti poetae non modo in pugna Herculis cum Marte describendo, sed etiam in toto epyllio componendo.

Attamen modo in universum illud Homeri carmen Hesiodeo poetae formam praebuit, singulis autem in rebus, ut in Herculis armis, in scuti descriptione, in Herculis cum Cycno pugna, in multis illis comparationibus, quibuscum heroum pugnae comparantur, aliis locis Homericis usus est eosque in illud carmen inseruit. Sed rarissime Scuti auctor integros versus Homericos recepit, immo vero semper paululum eos mutavit, sive quod aliam praepositionem aut aliud adiectivum adhibuit aut aliud verbum, sive quod complures Homeri versus in unum contraxit aut unum Homeri compluribus versibus expressit et ibi quidem Homeri sermonem imitatus. Saepius etiam, ut Homeri vocabula vitaret, aliis usus est ab illo non usurpatis, qua re factum est, ut haud ita raro in carmine Hesiodeo novae atque mirabiles voces nobis occurrant.

Imitationes igitur, quot quidem mihi occurrerunt, omnes deinceps iam afferendae et tractandae sunt.

Initio carminis (Eoeam, ut supra diximus, praetermittimus) poeta Herculem et Iolaum, socium eius et aurigam, in curru vehentes inducit. Legimus autem versu 57 sqq.:

ὃς καὶ Κύκνον ἔπεφνεν, Ἀρητιάδην μεγάθυμον
εὗρε γὰρ ἐν τεμένει ἑκατηβόλου Ἀπόλλωνος
αὐτὸν καὶ πατέρα ὃν Ἄρην, ἄατον πολέμοιο.
τεύχεσι λαμπομένους σέλας ὥς πυρὸς αἰθομένοιο,
ἑσταότ' ἐν δίφρῳ· χθόνα δ' ἔκτυπον ὠκέες ἵπποι

νύσσοντες χηλῇσι, κόνις δέ σφ' ἀμφιδεδήει
κοπτομένη πλεκτοῖσιν ὑφ' ἅρμασι καὶ ποσὶν ἵππων.
ἅρματα δ' εὐποίητα καὶ ἄντυγες ἀμφαράβιζον
ἵππων ἱεμένων· κεχάρητο δὲ Κύκνος ἀμύμων,
ἐλπόμενος Διὸς υἱὸν ἀρήιον ἡνίοχόν τε
χαλκῷ δῃώσειν καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δύσειν.
ἀλλά οἱ εὐχωλέων οὐκ ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων·
αὐτὸς γάρ οἱ ἐπῶρσε βίην Ἡρακληείην.
πᾶν δ' ἄλσος καὶ βωμὸς Ἀπόλλωνος Παγασαίου
λάμπεν ὑπὸ δεινοῖο θεοῦ τευχέων τε καὶ αὐτοῦ.
πῦρ δ' ὣς ὀφθαλμῶν ἀπελάμπετο. τίς κεν ἐκείνου
ἔτλη θνητὸς ἐὼν κατεναντίον ὁρμηθῆναι
πλήν γ' Ἡρακλῆος καὶ κυδαλίμου Ἰολάου;
κείνων γὰρ μεγάλη τε βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.
ὅς ῥα τόθ' ἡνίοχον προσέφη κρατερὸν Ἰόλαον·

Quibus versibus quamquam in universum ad certum aliquem Homeri locum referri non possunt, tamen similitudines cum Homeri carminibus iis inesse nemo negabit. Iam prima verba, quibus haec pugnae Herculis cum Cycno enarratio cum antecedente Eoea coniungitur: ὃς καὶ Κύκνον ἔπεφνε, Ἀρητιάδην μεγάθυμον simili in conexu inveniuntur in Iliadis B 239: ὃς καὶ νῦν Ἀχιλῆα, ἕο μέγ' ἀμείνονα φῶτα | ἠτίμησεν.

Insequentibus autem versibus 58 sqq. poetae Scuti exemplum fuerunt Iliadis versus Δ 365 sqq.

εὗρε δὲ Τυδέος υἱόν, ὑπέρθυμον Διομήδεα,
ἑσταότ' ἔν θ' ἵπποισι καὶ ἅρμασι κολλητοῖσιν·
πὰρ δέ οἱ ἑστήκει Σθένελος, Καπανήιος υἱός,

sed non integros hos versus poeta adhibuit, cum ex suo more alia quoque verba Homerica addiderit. Nam

cum versus 59 verbis: Ἄρην, ἄατον πολέμοιο comparari possunt Iliadis E 863: Ἄρης, ἄτος πολέμοιο et versus 60 compositus est ex Σ 510: τεύχεσι λαμπόμενοι et Θ 563: σέλαι πυρὸς αἰθομένοιο et versu 61 pro Iliadis Δ 366 verbis supra allatis verba: ἑσταότ' ἐν δίφρῳ ex Ω 701 recepta sunt.

Deinde Scuti auctori in animo fuerunt versus Iliadis E 502 sqq: ὣς τότ' Ἀχαιοὶ

λευκοὶ ὕπερθε γένοντο κονισάλῳ, ὅν ῥα δι' αὐτῶν
οὐρανὸν ἐς πολύχαλκον ἐπέπληγον πόδες ἵππων
ἂψ ἐπιμισγομένων·

verba autem poeta plane mutavit aliis versibus Homericis usus; ita versu 61 pro Homeri ἐπέπληγον πόδες ἵππων scripsit: ἔκτυπον ὠκέες ἵπποι, ubi primum aliud verbum eadem vi et deinde pro πόδες ἵππων formulam illam epicam ὠκέες ἵπποι adhibuit, quae apud Homerum quoque saepissime occurrit. Verba πόδες ἵππων in forma casus dativi leguntur in Scuti v. 63: πλεκτοῖσι ὑφ' ἅρμασι καὶ ποσὶν ἵππων, quo versu poeta imitatus est Homeri illud: ὑφ' ἅρμασιν ὠκέας ἵππους (Θ 402 = 416 . Σ 244. Ω 14). Substantivum autem κονίσαλος, quod Homeri loco supra allato invenis, Hesiodeus poeta compluribus verbis expressit versu 62: κόνις δέ σφ' ἀμφιδεδήει, et eiusdem versus verba νύσσοντες χηλῇσι pertinent ad Iliadis Λ 565: νύσσοντες ξυστοῖσι.

Praeterea afferri possunt: ad versum 64: Odysseae ν. 369: εἵματα τ' εὐποίητα (substantivum ἅρμα ab Homero non cum εὐποίητος coniunctum usurpatur, saepius cum voce ποικίλος)[17] et Iliadis Φ 408: τεύχεα δ' ἀμφαράβησε, quo verbo ne uteretur Scuti auctor simile quoddam ἀμφαραβίζειν adhibuit ab Homero alienum;

17) Sed conferas hymn. Hom. in Apollin. Pyth. 87: ἅρματά τ' εὐποίητα καὶ ὠκυπόδων κτύπον ἵππων.

ad v. 66: Iliadis Δ 98: αἴ κε ἴδῃ Μενέλαον ἀρήιον Ἀτρέος υἱόν et P 610: αὐτὰρ ὁ Μηριόναο ὀπάονά θ' ἡνίοχόν τε;

ad v. 67: Θ 534: χαλκῷ δῃώσας et E 435: Αἰνείαν κτεῖναι καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι;

ad v. 68: formula illa ab Homero saepius, velut A 43, usurpata: τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων;

ad v. 69: B 612: αὐτὸς γάρ σφιν δῶκεν ἄναξ ἀνδρῶν Ἀγαμέμνων, Υ. 93: ὅν μοι ἐπῶρσε μένος λαιψηρά τε γοῦνα, T 98: ἤματι τῷ, ὅτ' ἔμελλε βίην Ἡρακληείην;[18]

ad v. 72: A 104: ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἐίκτην;

ad v. 73 Ω 504 sq.: ἐγὼ δ' ἐλεεινότερός περ | ἔτλην δ' οἷ' οὔ πώ τις ἐπιχθόνιος βροτὸς ἄλλος et Π 154: θνητὸς ἐών;

ad v. 75: Ω 42: μεγάλῃ βίῃ καὶ ἀγήνορι θυμῷ et Θ 450: μένος καὶ χεῖρες ἄαπτοι;

ad v. 76: Ω 359: ἐνὶ γναμπτοῖσι μέλεσσι.[19]

Hercules et Cycnus more heroum Homericorum inter se colloquuntur ac primus quidem Hercules de

18) Versus 68 et 69 in dubium vocati sunt a Künnethio (Der pseudohesiodeische Heraklesschild, sprachlich-kritisch untersucht II. Gymn. Progr. Erlangen 1902 p. 25 sq.) De hac re conferas quae infra cap. IV dicemus.

19) Conferas Hesiodi op. et Dies 148 sq.

μεγάλη δὲ βίη καὶ χεῖρες ἄαπτοι
(Theog. 152 =) ἐξ ὤμων ἐπέφυκον ἐπὶ στιβαροῖσι μέλεσσιν.

Hi quoque Scuti versus a plurimis editoribus, quibus Künnethius (p. 26) assentitur, spurii iudicantur, cum supervacanei sint et ex Hesiodi illo loco translati. Id concedendum est si deessent, neminem illos versus desideraturum fuisse; ita autem quas viri docti protulerunt causae sufficere non possunt, praesertim cum aliis quoque carminis locis cum Operum et Dierum versibus similitudines inveniantur, quos quidem omnes ab interpolatore inculcatos esse Künnethius iniuria, credo, censet. Praeterea haud ita inepte de Martis filiique eius viribus putaverim dictos esse eosdem versus, quibus Hesiodus utitur de „aeneae prolis" hominibus, „οἷσιν Ἄρηος ἔργ' ἔμελεν στονόεντα καὶ ὕβριες."

Iphicle, Iolai patre, et de suis ipsius laboribus ab Eurystho mandatis narrat, versu 78 sqq.:

ἥρως ὦ Ἰόλαε, βροτῶν πολὺ φίλτατε πάντων,
ἦ τε μέγ' ἀθανάτους μάκαρας, τοὶ Ὄλυμπον ἔχουσιν,
ἤλιτεν Ἀμφιτρύων, ὅτ' ἐυστέφανον ποτὶ Θήβην
ἦλθε λιπὼν Τίρυνθον, ἐυκτίμενον πτολίεθρον,
κτείνας Ἠλεκτρύωνα βοῶν ἕνεκ' εὐρυμετώπων·
ἵκετο δ' ἐς Κρείοντα καὶ Ἡνιόχην τανύπεπλον,
οἵ ῥά μιν ἠσπάζοντο καὶ ἄρμενα πάντα παρεῖχον,
ἣ δίκη ἔσθ' ἱκέτῃσι, τίον δέ ἑ κηρόθι μᾶλλον.
ζῶε δ' ἀγαλλόμενος σὺν ἐυσφύρῳ Ἠλεκτρυώνῃ,
ᾗ ἀλόχῳ· τάχα δ' ἄμμες ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν
γεινόμεθ' οὔτε φυὴν ἐναλίγκιοι οὔτε νόημα,
σός τε πατὴρ καὶ ἐγώ· τοῦ μὲν φρένας ἐξέλετο Ζεύς,
ὃς προλιπὼν σφέτερόν τε δόμον σφετέρους τε τοκῆας
ᾤχετο, τιμήσων ἀλιτήμενον Εὐρυσθῆα,
σχέτλιος· ἦ που πολλὰ μετεστοναχίζετ' ὀπίσσω
ἣν ἄτην ὀχέων· ἣ δ' οὐ παλινάγρετός ἐστιν.
αὐτὰρ ἐμοὶ δαίμων χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.
ὦ φίλος, ἀλλὰ σύ θᾶσσον ἔχ' ἡνία φοινικόεντα
ἵππων ὠκυπόδων· μέγα δὲ φρεσὶ θάρσος ἀέξων
ἰθὺς ἔχειν θοὸν ἅρμα καὶ ὠκυπόδων σθένος ἵππων,
μηδὲν ὑποδδείσας κτύπον Ἄρεος ἀνδροφόνοιο,
ὃς νῦν κεκληγὼς περιμαίνεται ἱερὸν ἄλσος
Φοίβου Ἀπόλλωνος, ἑκατηβελέταο ἄνακτος·
ἦ μὴν καὶ κρατερός περ ἐὼν ἄαται πολέμοιο.

Quibus in versibus similitudinum cum Homeri carminibus nobis occurrerunt hae: versu 78 poeta Hesiodeus, ut allocutionis formulam Homericam, velut P 238: ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε, vitaret, voce ἥρως usus est, eodem conexu ab Homero non usurpata, praeterea Iliadis Ω 762: δαέρων πολὺ φίλτατε πάντων recepit ita

autem, ut pro δαέρων scriberet βροτῶν. Deinde afferri potest ad versum 81: P 612: πεζὸς γὰρ τὰ πρῶτα λιπὼν νέας ἀμφιελίσσας | ἤλυθε;

ad v. 82: Odysseae υ 212: βοῶν γένος εὐρυμετώπων[20]

ad v. 85: Iliadis I 134: ἣ θέμις ἀνθρώπων πέλει, Φ 136: χολώσατο κηρόθι μᾶλλον et Odysseae ω 255: ἡ γὰρ δίκη ἐστὶ γερόντων, ο 370: φίλει δέ με κηρόθι μᾶλλον.

Versu 86 Scuti auctor adiectivum εὔσφυρος adhibuit, cum apud Homerum sola forma καλλίσφυρος exstet, et vox εὐ — cum aliis substantivis composita legatur, velut εὐζώνος, insequentis versus ἐπιπλομένων ἐνιαυτῶν mutata praepositione ex Odysseae α 16: περιπλομένων ἐνιαυτῶν desumpsit,[21] versu 88 in animo habuit Iliadis Ω 40: ᾧ οὔτ' ἂρ φρένες εἰσὶν ἐναίσιμοι οὔτε νόημα.[22] versus 89 denique τοῦ μέν φρένας ἐξέλετο Ζευς spectat ad Iliadis T 137: καί μευ φρένας ἐξέλετο Ζεύς et cum versu 90 comparari potest Odysseae γ 314 = ο 11: κτήματά τε προλιπὼν ἄνδρας τ' ἐν σοῖσι δόμοισιν.

Insequentium versuum 92 sqq. exemplum invenitur in Iliadis versibus Θ 360 sqq.:

ἀλλὰ πατὴρ οὑμὸς φρεσὶ μαίνεται οὐκ ἀγαθῇσιν.
σχέτλιος, αἰὲν ἀλιτρός, ἐμῶν μενέων ἀπερωεύς·
οὐδέ τι τῶν μέμνηται, ὅ οἱ μάλα πολλάκις υἱὸν
τειρόμενον σώεσκον ὑπ' Εὐρυσθῆος ἀέθλων.
ἦ τοι ὃ μὲν κλαίεσκε πρὸς οὐρανόν, αὐτὰρ ἐμὲ Ζεὺς
τῷ ἐπαλεξήσουσαν ἀπ' οὐρανόθεν προΐαλλεν,

praeterea ad versum 93 pertinent Odysseae φ 302: ἦν

20) Conferas Hesiodi Theogon. 982 sq:
Γηρυονέα, τὸν κτεῖνε βίη Ἡρακληείη
βοῶν ἕνεκ' εἰλιπόδων — — —

21) Conferas Hesiodi Theog. 493: ἐπιπλομένων δ' ἐνιαυτῶν.

22) Conferas Hesiodi Op. et Dies 129:
χρυσέῳ οὔτε φυὴν ἐναλίγκιον οὔτε νόημα

ἄτην ὀχέων et Iliadis A 526: οὐ γὰρ ἐμὸν παλινάγρετον οὐδ' ἀπατηλόν, quo uno loco Homerico adiectivum παλινάγρετος occurrit, et ad versum 94: Odysseae λ 622: ὅ δέ μοι χαλεποὺς ἐπετέλλετ' ἀέθλους.

Versu 95 auctori Scuti in animo fuerunt Iliadis verba E 226: ἀλλ' ἄγε νῦν μάστιγα καὶ ἡνία σιγαλόεντα δέξαι et E 230: Αἰνεία, σὺ μὲν αὐτὸς ἔχ' ἡνία, sed pro σιγαλόεις simile adiectivum adhibuit; praeterea afferri potest Π 129: δύσεο τεύχεα θᾶσσον.[23] Deinde spectat ad v. 96: Odysseae λ 195: μέγα δὲ φρεσὶ πένθος ἀέξει,

ad v. 97: Iliadis Λ 528: κεῖσ' ἵππους τε καὶ ἅρμ' ἰθύνομεν, ubi poeta pro Homeri verbo ἰθύνειν scripsit ἰθὺς ἔχειν et formulis epicis θοὸν ἅρμα et ἵππων ὠκυπόδων usus est;

ad v. 98: Δ 441: Ἄρεος ἀνδροφόνοιο;

ad v. 100: A 75: Ἀπόλλωνος ἑκατηβελέταο ἄνακτος;

ad v. 101: Π 624: αἶψά κε καὶ κρατερός περ ἐὼν καὶ χερσὶ πεποιθώς.[24]

Tum Iolaus Herculi respondet eumque ut arma induat adhortatur, cum dicat versu 102 sqq:

τὸν δ' αὖτε προσέειπεν ἀμώμητος Ἰόλαος·
ἠθεῖ', ἦ μάλα δή τι πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
τιμᾷ σὴν κεφαλὴν καὶ ταύρεος Ἐννοσίγαιος,
ὃς Θήβης κρήδεμνον ἔχει ῥύεταί τε πόληα·
οἷον δὴ καὶ τόνδε βροτὸν κρατερόν τε μέγαν τε
σὰς ἐς χεῖρας ἄγουσιν, ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄρηαι.
ἀλλ' ἄγε δύσεο τεύχε' ἀρήια, ὄφρα τάχιστα
δίφρους ἐμπελάσαντες Ἄρηός θ' ἡμέτερόν τε

---

23) Conferás infra ad versum 108.

24) Etiam hos versus fuerunt qui spurios esse censuerint, quorum sententiam, ut editores rectissime non secuti sunt, ita Künnethius II p. 27 sqq. optime refutavit, ut satis habeam ad eum delegavisse.

110. μάρνώμεσθ', ἐπεὶ οὔ τοι ἀτάρβητον Διὸς υἱὸν
οὐδ' Ἰφικλείδην δειδίξεται, ἀλλά μιν οἴω
φεύξεσθαι δύο παῖδας ἀμύμονος Ἀλκείδαο,
οἳ δή σφι σχεδόν εἰσι, λιλαιόμενοι πολέμοιο
φυλόπιδα στήσειν, τά σφιν πολὺ φίλτερα θοίνης.

Hi versus cum antecedentibus coniuncti sunt formula illa clarissima, quam apud Homerum quoque saepissime legis: τὸν δ' αὖτε προσέειπεν. adiectivum autem quo Iolaus ornatur uno modo loco Homerico extat Μ 109: Πουλυδάμαντος ἀμωμήτοιο.[25] Tum insequentium versuum exemplum fuerunt Iliadis versus Φ 55 sqq:

ἦ μάλα δὴ Τρῶες μεγαλήτορες, οὕς περ ἔπεφνον,
αὖτις ἀναστήσονται ὑπὸ ζόφου ἠερόεντος,
οἷον δὴ καὶ ὅδ' ἦλθε φυγὼν ὕπο νηλεὲς ἦμαρ,
Λῆμνον ἐς ἠγαθέην πεπρημένος — — — — —
— — — — — — — — — — — — —

60. ἀλλ' ἄγε δὴ καὶ δουρὸς ἀκωκῆς ἡμετέροιο
γεύσεται κτλ.

Iisdem autem Scuti versibus praeterea hae imitationes Homeri insunt: v. 103: Ζ 518 = Χ 229: ἠθεῖ', ἦ μάλα δή σε et formula epica: πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε;

v. 105: Π 100: Τροίης ἱερὰ κρήδεμνα et Ι 396: οἵ τε πτολίεθρα ῥύονται;[26]

v. 106: Ε 628 = Ζ 8 = Υ 457: ἠύν τε μέγαν τε;

v. 107: Odysseae ν 422: ἵνα κλέος ἐσθλὸν ἄροιτο;

v. 108: Π 129: δύσεο τεύχεα θᾶσσον et Ζ 340: ἀλλ' ἄγε νῦν ἐπίμεινον, ἀρήια τεύχεα δύω;

v. 110: Γ 63: ὥς σοὶ ἐνὶ στήθεσσι ἀτάρβητος

25) Conferas hymn. Hom. XXXIII, 3:
ἀμώμητον Πολυδεύκεα.

26) Conferas hymn. Hom. i. Cer. 151 sq.: ἰδὲ κρήδεμνα πόληος εἰρύαται βουλῇσι καὶ ἰθείῃσι δίκῃσιν.

νόος ἐστί. quo uno loco Homerico adiectivum ἀτάρβητος extat;

v. 111: K 105: ἀλλά μιν οἴω.

Versibus autem 113 sq. Scuti poeta imitatus est Homeri versus N 634 sqq: — — — — οὐδὲ δύνανται

φυλόπιδος κορέσασθαι ὁμοιίου πτολέμοιο.
πάντων μὲν κόρος ἐστί, καὶ ὕπνου καὶ φιλότητος
μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο,
τῶν πέρ τις καὶ μᾶλλον ἐέλδεται ἐξ ἔρον εἶναι
ἢ πολέμου· — — — —,

sed praeterea in animo habuit Iliadis Γ 133: λιλαιόμενοι πολέμοιο et Odysseae λ 314: φυλόπιδα στήσειν πολυάικος πολέμοιο.

Iolaum cum haec dixerit, Hercules orat, ne ipsi auxilium suum ut prius, ita etiam praesente certamine recuset. Legitur autem versu 115 sqq.:

ὣς φάτο· μείδησεν δὲ βίη Ἡρακληείη
θυμῷ γηθήσας· μάλα γάρ νύ οἱ ἄρμενα εἶπεν·
καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
ἥρως ὦ Ἰόλαε, διοτρεφές, οὐκέτι τηλοῦ
ὑσμίνη τρηχεῖα· σὺ δ' ὡς πάρος ἦσθα δαΐφρων,
ὣς καὶ νῦν μέγαν ἵππον Ἀρίονα κυανοχαίτην
πάντη ἀναστρωφᾶν καὶ ἀρηγέμεν, ὥς κε δύνηαι.

Quorum versuum carminis auctor versus 115 et 117 recepit ex Iliadis O 47 sq.:

ὣς φάτο, μείδησεν δὲ πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε
καί μιν ἀμειβόμενος ἔπεα πτερόεντα προσηῦδα,

sed pro Homeri πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε ex Λ 690: βίη Ἡραληείη[27] inseruit et alium quoque versum interposuit, cuius ad prima verba θυμῷ γηθήσας spectat

---

27) Cf. Hesiodi Theog. 982: βίη Ἡρακληείη.

Homeri illud: γήθησε δὲ θυμῷ (Π 189). Deinde versus 118 exemplum fuit: Ρ 238: ὦ πέπον, ὦ Μενέλαε διοτρεφές, οὐκέτι νῶι | ἔλπομαι αὐτώ περ;[28]

versus 119: Ν 228: ἀλλά, Θόαν, καὶ γὰρ τὸ πάρος μενεδήιος ἦσθα;

versus 120: Ψ 346 sq:

οὐδ' εἴ κεν μετόπισθεν Ἀρίονα δῖον ἐλαύνοι,[29]
Ἀδρήστου ταχύνιππον, ὃς ἐκ θεόφιν γένος ἦεν;

versus 121: Ζ 229: πολλοὶ δ' αὖ σοὶ Ἀχαιοὶ ἐναιρέμεν, ὅν κε δύνηαι, quibus omnibus in versibus Hesiodeus poeta verba Homerica ex suo more paululum mutavit.

Quae postquam heroes dixerunt, Hercules describitur, quomodo arma capiat, versu 122 sqq.:

ὣς εἰπὼν κνημῖδας ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ,
Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα, περὶ κνήμῃσιν ἔθηκεν·
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσιν ἔδυνε,
καλόν, χρύσειον, πολυδαίδαλον, ὅν οἱ ἔδωκε
Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διός, ὁππότ' ἔμελλε
τὸ πρῶτον στονόεντας ἐφορμήσασθαι ἀέθλους.
θήκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον
δεινὸς ἀνήρ· κοίλην δὲ περὶ στήθεσσιν φαρέτρην
καββάλετ' ἐξόπιθεν· πολλοὶ δ' ἔντοσθεν ὀιστοὶ
ῥιγηλοί, θανάτοιο λαθιφθόγγοιο δοτῆρες.
πρόσθεν μὲν θάνατόν τ' εἶχον καὶ δάκρυσι μῦρον,
μέσσοι δὲ ξεστοί, περιμήκεες, αὐτὰρ ὄπισθε
μόρφνοιο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτερύγεσσι.
ἦσαν· ὃ δ' ὄβριμον ἔγχος ἀκαχμένον εἵλετο χαλκῷ.[30]

28) Cf. quae supra ad versum 78 diximus.

29) Cf. Thebaidis frgm. ap. Paus. VIII. 25. 8.:
εἵματα λυγρὰ φέρων σὺν Ἀρίονι κυανοχαίτῃ

30) Ita hunc versum 135 codices tradunt; Rzachius etiam in nova editione Hermanni coniecturam recepit. Sed de hac re conferas, quae infra dicemus.

κρατὶ δ' ἐπ' ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκε,
δαιδαλέην, ἀδάμαντος, ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν,
ἥ τ' εἴρυτο κάρη Ἡρακλῆος θείοιο.
χερσί γε μὴν σάκος εἷλε παναίολον, οὐδέ τις αὐτὸ
140. οὔτ' ἔρρηξε βαλὼν οὔτ' ἔθλασε, θαῦμα ἰδέσθαι·

Quos versus si legit, unicuique in mentem venient Homeri illi loci, quibus, quomodo heroes armentur, poeta narrat, imprimis autem illi clarissimi, ubi Paris, Agamemno, Patroclus, Achilles arma induunt. Quibus omnibus locis [31], quamquam Homerus iisdem fere verbis utitur, tamen si accuratius cum versibus Hesiodeis comparantur, diiudicari potest, quis aut qui illorum locorum Hesiodi exemplum fuerint. Sunt autem sine dubio libri Λ versus [32], ubi Agamemno arma capit, v. 17 sqq.:

κνημῖδας μὲν πρῶτα περὶ κνήμῃσιν ἔθηκε
καλάς, ἀργυρέοισιν ἐπισφυρίοις ἀραρυίας·
δεύτερον αὖ θώρηκα περὶ στήθεσσι ἔδυνε,
20. τόν ποτέ οἱ Κινύρης δῶκε ξεινήιον εἶναι.
πεύθετο γὰρ Κύπρονδε μέγας κλέος, οὕνεκ' Ἀχαιοὶ
ἐς Τροίην νήεσσιν ἀναπλεύσεσθαι ἔμελλον,
— — — — — — — — — — — — —
29. ἀμφὶ δ' ἄρ' ὤμοισιν βάλετο ξίφος· ἐν δέ οἱ ἧλοι
— — — — — — — — — — — — —
32. ἂν δ' ἕλετ' ἀμφιβρότην πολυδαίδαλον ἀσπίδα θοῦριν
— — — — — — — — — — — — —
41. κρατὶ δ' ἐπ' ἀμφίφαλον κυνέην θέτο τετραφάληρον
ἵππουριν· δεινὸν δὲ λόφος καθύπερθεν ἔνευεν.
εἵλετο δ' ἄλκιμα δοῦρε δύω, κεκορυθμένα χαλκῷ,

31) Iliadis Γ 330 sqq.; Λ 17 sqq.; Π 131 sqq.; Τ 369 sqq.

32) Iniuria Künnethius (l. l. II p. 10) Iliadis versus Γ 330 sqq. Scuti auctoris exemplum fuisse putat.

Hi versus Hesiodeis simillimi quidem sunt, Scuti autem poeta eos non integros recepit, sed suo arbitrio mutavit et cum aliis versibus Homericis aut versuum partibus coniunxit.

In primo versu finis orationis Herculis significatur verbis: ὣς εἰπών, quae ad illud ὣς φάτο referri possunt, quod apud Homerum simili in conexu saepissime occurrit, sed iam haec pauca verba poeta mutavit pro voce φάτο aliam vocem eadem vi ponens.

Ad ocreas tum Scuti auctor pro adiectivis quae Homeri loco exhibentur, et metallum addidit, ex quo illae factae sint: ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ, et nomen eius, qui eas fecerit: Ἡφαίστου κλυτὰ δῶρα, quorum quidem haec verba ex Iliadis Ω 458 sumpta sunt, metallum autem ocrearum Homerus quoque indicat, cum de ocreis a Vulcano Achilli donatis dicatur Σ 613: κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο, Hesiodeus poeta, qui hunc locum sine dubio in animo habuit, dixit: ὀρειχάλκοιο φαεινοῦ, quod metallum in Homeri carminibus non invenitur.[33]

Versus insequens, quo thorax commemoratur, plane idem est atque in Iliade; etiam eum poeta compluribus adiectivis: καλόν, χρύσειον, πολυδαίδαλον accuratius descripsit Homero, adiectivis ipsis ex illius carminibus desumptis. Iliadis enim Χ 314 legitur de Achillis scuto: καλὸν δαιδάλεον, sed Scuti auctor pro voce δαιδάλεος ex Λ 32: πολυδαίδαλος recepit et duo adiectiva voce χρύσειον sciunxit, quae cum primo coniuncta Ξ 351: καλήν, χρυσείην occurrit.

Deinde insequentibus versibus, quibus poeta Hesiodeus narrat, a quo Hercules thoracem acceperit et

33) Cf. hymn. Hom. VI, 9:
ἄνθεμ' ὀρειχάλκου χρυσοῖό τε τιμήεντος.

qua de causa, denuo libri Λ versibus supra allatis exemplo usus est, discrepuit autem ab Homero pronomen relativum pro demonstrativo adhibens. Apud Homerum enim legitur: v. 20 τόν ποτέ οἱ Κινύρης δῶκε — — — — et v. 21 πεύθετο γάρ — — — — — — — apud Hesiodeum autem poetam v. 125. — — ὅν οἱ ἔδωκε Παλλὰς Ἀθηναίη, κούρη Διός, ὁππότ' ἔμελλε κτλ.

Eodem modo Scuti versus 128 mutatus est, ubi de gladio dicitur: θήκατο δ' ἀμφ' ὤμοισιν ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον δεινὸς ἀνήρ·, ubi verba: ἀμφ' ὤμοισιν quidem ex Λ 29 recepta sunt, sed pro βάλετο ξίφος posita sunt: θήκατο — — — ἀρῆς ἀλκτῆρα σίδηρον, verbis ἀρῆς ἀλκτῆρα ex Iliadis Σ 100 = Ξ 485 desumptis; praeterea addidit poeta ex Λ 654 verba: δεινὸς ἀνήρ.

Pharetram cum sagittis, quam poeta Herculem versu 129 sqq. induentem facit, inter Agamemnonis arma non inveniuntur, Hesiodeus autem poeta eam adiecit, quod ea arma, quae Herculi propria sunt, praetermittere noluit. Attamen hos quoque versus ad Homeri exemplum compositos esse Peppmüller [34] vidit. In Odysseae libri φ versu 59 sq. = 11 sq. legitur:

τόξον ἔχουσ' ἐν χειρὶ παλίντονον ἠδὲ φαρέτρην
ἰοδόκον· πολλοὶ δ' ἔνεσαν στονόεντες ὀιστοί,

et in libri ξ, 225 sq.:

καὶ πόλεμοι καὶ ἄκοντες ἐύξεστοι καὶ ὀιστοί,
λυγρά, τά τ' ἄλλοισίν γε καταριγηλὰ πέλονται.

Non puto dubium esse, quin haec verba exemplum fuerint versuum Scuti, sed etiam hoc loco poeta Homeri verba: πολλοὶ δ' ἔνεσαν στονόεντες ὀιστοί mutavit pro

34) R. Peppmüller Variationen im pseudohesiodeischen Heraklesschild. Gymn. Progr. Stralsund 1893 p. 2.

ἔνεσαν scribens: ἔντοσθεν et pro adiectivo: στονόεντες adiectivum ῥιγηλός, quod ex ξ 226 recepit ita autem, ut pro composito καταριγηλός vocabulum simplex poneret hac forma ab Homero alienum, et praeterea addidit: θανάτοιο λαθιφθόγγοιο δοτῆρες, quibus cum verbis comparari possunt Iliadis T 44: καὶ ταμίαι παρὰ νηυσὶν ἔσαν, σιτοῖο δοτῆρες.[35] adiectivum autem λαθίφθογγος in Homeri carminibus non exstat, cum inveniantur quidem λιγύφθογγος et λαθικηδής. Sagittae tum insequentibus versibus 132 sqq.:

> πρόσθεν μὲν θανατόν τ' εἶχον καὶ δάκρυσι μῦρον
> μέσσοι δέ ξεστοί, περιμήκεες, αὐτὰρ ὄπισθε
> μόρφνοιο φλεγύαο καλυπτόμενοι πτερύγεσσιν
> ἦσαν.

paulo accuratius describuntur. Quos versus alteram recensionem representare et ab alio quodam poeta postea inculcatos esse Peppmüller cui Künnethius assentitur, sibi visus est, cum dicat:[36] „Ein Späterer wollte den einfacheren Dichter überbieten, um auf seine Zuhörer mehr Eindruck zu machen, und was Homer einfach durch die drei Epitheta στονόεντες, εὔξεστοι und πτερόεντες ausdrückt, die er den Pfeilen gibt, regte den Rhapsoden zu drei Versen an."

Rectissime quidem Peppmüller cognovit his tribus versibus epitheta illa Homerica expressa esse, sed ea ipsa de re eos non inculcatos esse censeo; nam ea Scuti poetae natura est, de qua Peppmüller ipse alio loco[37] dixit, „fremdes Eigentum zu benützen",

35) Conferas Hesiodi Op. et Dies 356:
δὼς ἀγαθή, ἅρπαξ δὲ κακή, θανάτοιο δότειρα.

36) Peppmüller l. l. p. 2; Künneth l. l. II p. 30 sq.

37) Peppmüller Hesiodos ins Deutsche übertragen und mit Einleitungen und Anmerkungen versehen 1896 p. 251.

immo vero ita Homericis exemplis et versibus utitur — id quod iam ex supra dictis elucet et infra semper nobis occurret —, ut non sine ulla commutatione versibus Homericis utatur, sed aut aliud vocabulum eadem vi adhibeat aut vocabulum ipsum mutet aut compluribus verbis circumscribere studeat. Accedit, quod hi versus verbo: ἦσαν cum insequente versu in omnibus codicibus coniuncti sunt, pro quo sine ulla causa, quantum ego quidem video, editores (etiam Rzachius in nova editione) receperunt, quod Hermannus ex Homero coniecit.

Eum autem Homeri locum, ex quo Hermanni coniectura fluxit, poeta insequentibus versibus quibus de casside Herculis et hasta loquitur, in animo habuit: O 480 sq.:

κρατὶ δ᾽ἐπ᾽ ἰφθίμῳ κυνέην εὔτυκτον ἔθηκεν
εἵλετο δ᾽ἄλκιμον ἔγχος ἀκαχμένον ὀξέϊ χαλκῷ.

Sed Scuti auctor primam hastam commemorat versu ita mutato, ut legatur: ὃ δ᾽ὄβριμον ἔγχος ἀκαχμένον εἵλετο χαλκῷ. et pro ἄλκιμον ἔγχος scriptum est: ὄβριμον ἔγχος, quod E 790 exhibetur; tum cassidem Herculis poeta significat versu 136 integro ex O 480 recepto, sed addidit versum 137: δαιδαλέην, ἀδάμαντος, ἐπὶ κροτάφοις ἀραρυῖαν, ubi denuo Achillis arma exemplum praebuerunt Σ 611 sq.

τεῦξε δέ οἵ κόρυθα βριαρήν, κροτάφοις ἀραρυῖαν,
καλήν, δαιδαλέην,

hoc quoque loco commemoravit poeta, quo ex metallo cassis perfecta sit, ipsum autem metallum ἀδάμας in Homeri carminibus frustra quaeritur.

Denique etiam scutum inter Herculis arma enumeratur v. 139 sq.:

χερσί γε μὴν σάκος εἷλε παναίολον, οὐδέ τις αὐτὸ
οὔτ᾽ ἔρρηξε βαλὼν οὔτ᾽ ἔθλασε, θαῦμα ἰδέσθαι.

quibus verbis carminis auctor plane discrepat ab illis, quibus Homerus Agamemnonis scutum commemorans utitur Λ 32: ἂν δ' ἕλετ' ἀμφιβρότην πολυδαίδαλον ἀσπίδα θοῦριν; nam versu 139 ex N 552 verba: σάκος εὐρὺ παναίολον recepit et insequentis versus exemplum fuit Iliadis M 384: θλάσσε δὲ τετράφαλον κυνέην, σὺν δ' ὀστέ' ἄραξε, praeterea adhibitis verbis Homeri: οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόν (Γ 348. H 259. P 44), verba autem θαῦμα ἰδέσθαι, ut praebent formulam epicam, saepissime in Iliade inveniuntur.

His versibus Scuti poeta clarissimam illam descriptionem scuti Herculis adiunxit, quam ad Homeri Iliadis librum Σ factam esse constat, sed ad eam in postero capite revertemur, iam transeamus ad eam carminis partem, qua certamina heroum enarrantur.

Descriptione scuti Herculis versu 317 finita eo redit poetae narratio, unde digressa est: Hercules iam armis indutis cum Iolao auriga in quadriga Cycno obviam vehitur. Legimus autem versu 318 sqq.:

θαῦμα ἰδεῖν καὶ Ζηνὶ βαρυκτύπῳ οὗ διὰ βουλὰς
Ἥφαιστος ποίησε σάκος μέγα τε στιβαρόν τε,
ἀρσάμενος παλάμῃσι. τὸ μὲν Διὸς ἄλκιμος υἱός
πάλλεν ἐπικρατέως· ἐπὶ δ' ἱππείου θόρε δίφρου,
εἴκελος ἀστεροπῇ πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο,
κοῦφα βιβάς· τῷ δ' ἡνίοχος κρατερὸς Ἰόλαος
δίφρου ἐπεμβεβαὼς ἰθύνετο καμπύλον ἅρμα.

Etiam his versibus imitationes Homeri insunt et denuo Scuti poeta Homeri verba paululum mutare studuit, ita pro versus 318 verbis: θαῦμα ἰδεῖν apud Homerum semper invenitur: θαῦμα ἰδέσθαι, velut E 725, et insequentem versum poeta recepit ex Iliadis Σ 478: ποίει δὲ πρώτιστα σάκος μέγα τε στιβαρόν τε. Ad ceteros autem versus

afferri possunt haec: ad v. 320: Γ 338: ὅ οἱ παλάμηφιν ἀρήρει et Σ 600: ἐν παλάμῃσιν;

ad v. 321: Χ 320: πάλλεν δεξιτερῇ et Π 81: ἔμπεσ' ἐπικρατέως;

ad v. 322: Ξ 386: εἴκελον ἀστεροπῇ; eiusdem versus verba: πατρὸς Διὸς αἰγιόχοιο et versus 320: ἄλκιμος υἱός spectant ad communem sermonem epicum et ab Homero quoque saepius usurpantur. Versuum denique 323 et 324 exemplum exstat Ε 231 μᾶλλον ὑφ' ἡνιόχῳ εἰωθότι κάμπυλον ἅρμα, quocum coniuncta sunt verba Iliadis Ν 158: κοῦφα ποσὶ προβιβάς et Ι 582: οὐδοῦ ἐπεμβεβαώς[38].

Tum Minerva heroibus occurrit eosque alloquitur, versu 325 sq.:

ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη,
καί σφεας θαρσύνουσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα.

Haec quoque verba ad Homerum pertinent; versu enim 325 Scuti auctor Homeri Ω 283: ἀγχίμολον δέ σφ' ἦλθ' Ἑκάβη et Δ 529: ἀγχίμολον δέ οἱ ἦλθε Θόας coniunxit cum Α 206 = Ε 793: θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη, et in versu 326 Homeri Ο 145: καί σφεας φωνήσασ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα ita mutavit, ut pro φωνήσασ' scriberet θαρσύνουσ'.

Minerva autem Herculi nuntiat Iovem eum destinasse, ut Cycnum interficeret armisque spoliaret; ipsa ei suadet, ne Cycno mortuo arma exuat, sed ut statim contra Martem ipsum obviam euntem se vertat, et quomodo facillime Martem vulnerare possit, docet. Etiam huius

38) Ad versum 318 sq. conferas Hesiodi Op. et Dierum versum 79: τεῦξε Διὸς βουλῇσι βαρυκτύπου et hymn. Hom. i. Cer. v. 3.: δῶκε δὲ βαρύκτυπος εὐρυόπα Ζεύς.

Minervae orationis complures versus ad Homerum referri possunt. Versuum enim 327 sqq.:

Χαίρετε, Λυγκῆος γενεὴ τηλεκλειτοῖο·
νῦν δὴ Ζεὺς κράτος ὔμμι διδοῖ μακάρεσσι ἀνάσσων
Κύκνον τ' ἐξεναρεῖν καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι

exemplum exstat in Iliadis Α 17 sqq.:

Ἀτρεΐδαι τε καὶ ἄλλοι ἐυκνήμιδες Ἀχαιοί,
ὑμῖν μὲν θεοὶ δοῖεν Ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες
ἐκπέρσαι Πριάμοιο πόλιν, εὖ δ' οἴκαδ' ἱκέσθαι,

sed ut ipsa res postulavit, poeta hos versus commutavit aliis versibus Homericis usus; ita verba versus 327: Λυγκῆος γενεὴ τηλεκλειτοῖο desumpsit ex Ξ 321: Φοίνικος κούρης τηλεκλειτοῖο. sed fortasse poeta hac una voce τηλεκλειτός idem significare voluit, quod Homerus libri Ε versibus 800—808, ubi eadem dea, ut Diomedem ad pugnam incitet, Tydei patris eius res gestas enarrat. Pro Homeri dis Olympicis Scuti auctor solum Iovem inseruit, qui illis praeest, verba Iliadis Ζ 397: ἄνδρεσσιν ἀνάσσων et Δ 61: μετ' ἀθανάτοισιν ἀνάσσεις adhibens; versus denique 329 exemplum fuit Ε 435: Αἰνείαν κτεῖναι καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι, sed et ibi quidem pro verbo κτείνειν alio eadem vi usus est.

Versuum insequentium 330 sqq.:

ἄλλο δέ τοί τι ἔπος ἐρέω, μέγα φέρτατε λαῶν·
εὖτ' ἂν δὴ Κύκνον γλυκερῆς αἰῶνος ἀμέρσῃς,
τὸν μὲν ἔπειτ' αὐτοῦ λιπέειν καὶ τεύχεα τοῖο,
αὐτὸς δὲ βροτολοιγὸν Ἄρην ἐπιόντα δοκεύσας·
ἔνθα κε γυμνωθέντα σάκευς ὕπο δαιδαλέοιο
ὀφθαλμοῖσι ἴδῃς, ἔνθ' οὐτάμεν ὀξέϊ χαλκῷ·
ἂψ δ' ἀναχάσσασθαι· ἐπεὶ οὔ νυ τοι αἴσιμόν ἐστιν
οὔθ' ἵππους ἑλέειν οὔτε κλυτὰ τεύχεα τοῖο,

primi comparari possunt cum Iliadis Ε 259 sqq.:

ἄλλο δέ τοι ἐρέω, σὺ δ'ἐνὶ φρεσὶ βάλλεο σῇσιν·
αἴ κέν μοι πολύβουλος Ἀθήνη κῦδος ὀρέξῃ
ἀμφοτέρω κτεῖναι, σὺ δὲ τούσδε μὲν ὠκέας ἵππους
αὐτοῦ ἐρυκακέειν, ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας,
Αἰνείαν δ'ἐπαῖξαι μεμνημένος ἵππων κτλ.,

hos versus autem ita mutavit poeta, ut pro illo versus E 259: ἄλλο δέ τοι ἐρέω reciperet Odysseae ο 27: ἄλλο δέ τοί τι ἔπος ἐρέω, et pro versus E 260: αἴ κέν μοι scriberet: εὖτ' ἂν δή et eiusdem versus finem ex X 58 desumeret: φίλης αἰῶνος ἀμερθῇς. pro adiectivo φίλος synonymo γλυκερός usus. Ad verba Iliadis: σὺ δὲ τούσδε μὲν ὠκέας ἵππους αὐτοῦ ἐρυκακέειν pertinent Scuti versus 332: τὸν μὲν ἔπειτ' αὐτοῦ λιπέειν, cuius versus verba τὸν μὲν ἔπειτα ex E 36 desumpta sunt, et versus 337 verba: οὔθ' ἵππους ἐλέειν.

Versus 333 sqq. exemplum fuit Iliadis Π 313 sqq.:

Φυλείδης δ' Ἄμφικλον ἐφορμηθέντα δοκεύσας
ἔφθη ὀρεξάμενος· πρυμνὸν σκέλος ἔνθα πάχιστος
μυὼν ἀνθρώπου πέλεται — — — —,

sed ibi poeta ex E 846: βροτολοιγὸν Ἄρην inseruit et ἐφορμηθέντα in ἐπιόντα mutavit. Verba: ἔνθα πάχιστος κτλ. in Scuti versu 334 sq. invenimus:

ἔνθα κε γυμνωθέντα σάκευς ὕπο δαιδαλέοιο
ὀφθαλμοῖσι ἴδῃς, ἔνθ' οὐτάμεν ὀξέι χαλκῷ,

quorum versuum poeta versum 334 composuit ex Iliadis Π 312: στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα et T 379 sq.:

ὣς ἀπ' Ἀχιλλῆος σάκεος σέλας αἰθέρ' ἵκανεν
καλοῦ, δαιδαλέου — — — —,

sed pro praepositione παρά, quae Π 312 exstat, usus est praepositione ὑπό; ad versum 335 spectant Homeri verba: ο 76: σὺ δ' ὀφθαλμοῖσι ἴδῃς (Γ 28: ὀφθαλμοῖσι ἰδών) et E 821 = 132: τήν γ' οὐτάμεν ὀξέι χαλκῷ.

Denique in versus 336 verbis cognosci potest Homeri Π 819 = P 47: ἂψ ἀναχαζόμενον et Φ 291: ὡς οὔ τοι ποταμῷ γε δαμήμεναι αἴσιμόν ἐστιν.

Quibus verbis a Minerva dictis poeta narrare pergit, v. 338: ὣς εἰποῦσ' ἐς δίφρον ἐβήσατο δῖα θεάων,

νίκην ἀθανάτης χερσὶν καὶ κῦδος ἔχουσα,
ἐσσυμένως. τότε δή ῥα διόγνητος Ἰόλαος
σμερδαλέον ἵπποισιν ἐκέκλετο· τοὶ δ' ὑπ' ὁμοκλῆς
ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα κονίοντες πεδίοιο.
ἐν γάρ σφιν μένος ἧκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
αἰγίδ' ἀνασσείσασα· περιστονάχησε δὲ γαῖα.

Hic primus Scuti Hesiodei locus est, qui referendus est ad illius carminis Homerici versus, quod totius epyllii exemplum fuisse supra statuimus, i. e. Διομήδους ἀριστείαν. Ibi enim narratur eandem deam Diomedis quadrigam conscendere, ut illum contra Martem pugnantem adiuvet. Sunt autem, qui poetae in animo fuerunt versus E 835 sqq.:

ὣς φαμένη Σθένελον μὲν ἀφ' ἵππων ὦσε χαμᾶζε
χειρὶ πάλιν ἐρύσασ'. ὁ δ' ἄρ' ἐμμαπέως ἀπόρουσεν.
ἡ δ' ἐς δίφρον ἔβαινε παραὶ Διομήδεα δῖον
ἐμμεμαυῖα θέα· μέγα δ' ἔβραχε φήγινος ἄξων
βριθοσύνῃ· δεινὴν γὰρ ἄγεν θεὸν ἄνδρα τ' ἄριστον.

Verba denuo poeta Hesiodeus suo more commutavit, ita initio versus 338, cum satis deam locutam esse indicet, pro Homeri ὣς φαμένη verba ὣς εἰποῦσ' ex E 792 et in eiusdem versus fine pro ἐμμεμαυῖα θέα ex E 381: δῖα θεάων recepit et pro ἔβαινε scripsit ἐβήσετο. Deinde addidit Scuti poeta versum, qui illo Homeri loco deest, quo deam Herculi victoriam daturam esse dicit:

νίκην ἀθανάτης χερσὶν καὶ κῦδος ἔχουσα
ἐσσυμένως. — — — —,

cuius versus exempla exstant in Homeri Λ 4: μετὰ χερσὶν ἔχουσα, Π 704: χείρεσσ' ἀθανάτῃσι, Θ 176: νίκην καὶ μέγα κῦδος. Vocem ἐσσυμένως invenimus in conexu verborum, quae ad insequentem versum pertinent, Iliadis Ψ 362 sqq.:

οἳ δ' ἅμα πάντες ἐφ' ἵπποιν μάστιγας ἄειραν,
πέπληγόν θ' ἱμᾶσιν, ὁμόκλησάν τ' ἐπέεσσιν
ἐσσυμένως· οἱ δ' ὦκα διέπρησσον πεδίοιο;

pro huius versus verbo: ὁμόκλησαν Scuti auctor adhibuit substantivum ὁμοκλή;[39] praeterea autem versibus 340 sq. utitur his Homeri versibus: Λ 182: τότε δή ῥα πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε et Τ 399: σμερδάλεον δ' ἵπποισιν ἐκέκλετο, et versus 342 compositus est ex Λ 533 = Ρ 458: ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα μετὰ κτλ. et Ν 820: οἵ σε πόλιν δ' οἴσουσι κονίοντες πεδίοιο. Denique versuum 343 sq. verba ex Homero desumpta sunt: legitur enim Ε 1 sqq.:

ἔνθ' αὖ Τυδείδῃ Διομήδεϊ Παλλὰς Ἀθήνη
δῶκε μένος καὶ θάρσος κτλ.

quibus pro verbis in Scuto legitur: ἐν γάρ σφιν μένος ἧκε θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη, cum haec ultima formulam epicam praebeant ab Homero saepissime usitatam; versus autem 344 exemplum est Β 446 sqq.:

μετὰ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
αἰγίδ' ἔχουσ' ἐρίτιμον — — — — — —
— — — — — — — — — — — —

450. σὺν τῇ παιφάσσουσα διέσσυτο λαὸν Ἀχαιῶν κτλ., sed pro verbo παιφάσσω verbum ἀνασείω adhibetur quod cum hac praepositione coniunctum in Homeri

39) Plane eadem verba quibus Scuti auctor utitur, exstant in hymn. Hom. i. Cer. v. 88 sq.:

ὣς εἰπὼν ἵπποισιν ἐκέκλετο· τοὶ δ' ὑπ' ὀμοκλῆς
ῥίμφ' ἔφερον θοὸν ἅρμα κτλ.

carminibus non invenitur, sed exstat verbum ἐπισείω Δ 167: αὐτὸς ἐπισσείῃσιν ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσιν, quare apparet et ibi quoque Scuti auctorem ab Homero discrepare sola praepositione mutata.[40]

Denique ad verba: περιστονάχησε δὲ γαῖα pertinent Homeri: B 781: γαῖα δ' ὑπεστενάχιζε et B 784: τῶν ὑπὸ ποσσὶ μέγα στεναχίζετο γαῖα (Odysseae κ 454 exhibet: περὶ δὲ στεναχίζετο δῶμα) sed poeta Hesiodeus verbo: στοναχέω usus est pro Homeri: στεναχίζω et denuo praepositionem mutavit.

Ita Hercules cum Iolao auriga et Minerva adiutrice Cycno obviam fit, qui acri cursu iis occurrit, versu 345 sqq.:

> τοὶ δ' ἄμυδις προγένοντ' ἴκελοι πυρὶ ἠὲ θυέλλῃ,
> Κύκνος θ' ἱππόδαμος καὶ Ἄρης ἀκόρητος ἀυτῆς.
> τῶν ἵπποι μὲν ἔπειθ' ὑπεναντίοι ἀλλήλοισιν
> ὀξεῖα χρέμισαν, περὶ δέ σφισι ἄγνυτο ἠχώ,

quorum versuum versus 345 compositus est ex Iliadis Σ 525: οἳ δὲ τάχα προγένοντο et N 39: Τρῶες δὲ φλογὶ ἶσοι ἀόλλεες ἠὲ θυέλλῃ, ubi denuo poeta Homeri verba paululum mutavit aliis eadem vi vocabulis usus. Praeterea ad versum 346 afferri potest N 621: Τρῶες ὑπερφίαλοι, δεινῆς ἀκόρητοι ἀυτῆς et ad versum 347: Λ 67: ὥς τ' ἀμητῆρες ἐναντίοι ἀλλήλοισιν | ὄγμον ἐλαύνωσι, ubi pro voce ἐναντίος Scuti auctor ὑπεναντίος supposuit, quod apud Homerum non legitur, ad versum 348 denique: M 148: περί σφισιν ἄγνυτον ὕλην.[41]

Hercules Cycnum allocutus, ut a pugna desistat,

---

40) Conferas hymn. Hom. i. Apoll. Pyth. v. 225:

> πάντοθ' ἀνασσείσασκε, τίνασσε νήϊα δοῦρα,

qui quidem versus ab editoribus in dubium vocatur.

41) Conferas hymn. Hom. XIX, 21: κορυφὴν δὲ περιστένει οὔρεος ἠχώ, cum ab Homero ipso semper forma ἠχή usurpetur.

adhortatur eumque monet, ne nimis auxilio Martis confidat; nam illum complures ante annos ab ipso vulneratum et victum esse dicit neque multum afuisse, quin eum etiam armis exuisset. Legitur autem v. 349 sqq.:

τὸν πρότερος προσέειπε βίη Ἡρακληείη·
Κύκνε πέπον, τί νυ νῶιν ἐπίσχετον ὠκέας ἵππους
ἄνδρασιν, οἵ τε πόνου καὶ ὀιζύος ἴδριές εἰμεν;
ἀλλὰ παρὲξ ἔχε δίφρον ἐΰξοον ἠδὲ κελεύθου
εἶκε παρὲξ ἰέναι. Τρηχῖνα δέ τοι παρελαύνω
ἐς Κήυκα ἄνακτα· ὃ γὰρ δυνάμι τε καὶ αἰδοῖ
Τρηχῖνος προβέβηκε, σὺ δ' ευ μάλα οἶσθα καὶ αὐτός·
τοῦ γὰρ ὀπυίεις παῖδα Θεμιστονόην κυανῶπιν.
ὦ πέπον, οὐ μὲν γάρ τοι Ἄρης θανάτοιο τελευτὴν
ἀρκέσει, εἰ δὴ νῶι συνοισόμεθα πτολεμίζειν.
ἤδη μέν τέ ἕ φημι καὶ ἄλλοτε πειρηθῆναι
ἔγχεος ἡμετέρου, ὅθ' ὑπὲρ Πύλου ἠμαθόεντος
ἀντίος ἔστη ἐμεῖο, μάχης ἄμοτον μενεαίνων.
τρὶς μὲν ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπεὶς ἠρείσατο γαίῃ
οὐταμένου σάκεος, τὸ δὲ τέτρατον ἤλασα μηρὸν
παντὶ μένει σπεύδων, διὰ δὲ μέγα σαρκὸς ἄραξα·
πρηνὴς δ' ἐν κονίῃσιν χαμαὶ πέσεν ἔγχεος ὁρμῇ.
ἔνθα κε λωβητὸς ἐν ἀθανάτοισιν ἐτύχθη
χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσι λιπὼν ἔναρα βροτόεντα.

Quos versus qui legerit, non negabit in iis quoque exstare similitudines cum Homeri carminibus, sed hae similitudines tamen minus ad res quam ad singula verba pertinent. Versu 349, quo poeta Herculis orationem indicat, formula illa adhibita est, quae etiam ab Homero saepissime usurpatur: τὸν πρότερος προσέειπε et reliqua huius versus verba leguntur in Iliadis libro Λ 690.[42] Insequentis versus allocutio Cycni:

42) Cf. supra ad versum 115.

Κύκνε πέπον et verba: ὠκέας ἵππους ad epicas formulas pertinent, quae similiter in Iliade occurrunt, velut Π 492: Γλαῦκε πέπον et Μ 62: ἐλαύνομεν ὠκέας ἵππους. Versus autem 351 exemplum potest esse Ν 2: πόνον τ' ἐχέμεν καὶ ὀιζύν et versus 352 sq.: Γ 406: θεῶν δ' ἀπόεικε κελεύθου, sed Scuti auctor verba utriusque versus suo more paululum mutavit. Deinde versus 357 verba: οὐ μὲν γάρ τοι recepta sunt ex Ω 172 et verba: θανάτοιο τελευτήν composita sunt ex Η 104 = Π 787: βιότοιο τελευτήν et Γ 309: θανάτοιο τέλος, et ad insequentem versum afferri potest Υ 289: ἤρκεσε λυγρὸν ὄλεθρον[43] et Θ 400: συνοισόμεθα πτολεμόνδε. Versus 360: Πύλου ἠμαθόεντος saepius apud Homerum legitur, velut Λ 712; ad versum 361 spectat Homeri Χ 36: ἄμοτον μεμαὼς Ἀχιλῆι μάχεσθαι, eiusdem versus: ἀντίος ἔστη ex epici sermonis usu hausit poeta nec minus insequentis versus: ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ τυπείς; cum verbis: ἠρείσατο γαίῃ comparari licet Ε 309 = Λ 355: ἐρείσατο χειρὶ παχείῃ | γαίης. Denique ad versum 365 referenda sunt Iliadis Ζ 43: πρηνὴς ἐν κονίῃσιν ἐπὶ στόμα, Δ 482: ὁ δ' ἐν κονίῃσιν χαμαὶ πέσεν, Ε 118: καὶ ἐς ὁρμὴν ἔγχεος ἐλθεῖν, ad versum 366: Ω 531: ᾧ δέ κε τῶν λυγρῶν δώῃ λωβητὸν ἔθηκε, ad v. 367: formula epica: χερσὶν ὑφ' ἡμετέρῃσιν (Β 374 et saepius) et Ζ 480 = Ρ 540: ἑλὼν ἔναρα βροτόεντα.

Cum Cycnus adhortationes Herculis non sequatur, duo heroes, postquam e curribus desiluerunt, dum quadrigae prope eos versantur magno sonitu ita concurrunt, ut terra intremiscat, v. 368 sqq.:

43) Cf. hymn. Hom. i. Apoll. Pyth. 189 sq.:
οὐδέ τί τοι θάνατόν γε δυσηλεγέ' οὔτε Τυφωεὺς
ἀρκέσει οὔτε Χίμαιρα δυσώνυμος — — — —

ὣς ἔφατ᾽· οὐδ᾽ ἄρα Κύκνος ἐυμμελίης ἐμενοίνα
τῷ ἐπιπειθόμενος ἐχέμεν ἐρυσάρματας ἵππους.
δὴ τότ᾽ ἀπ᾽ εὐπλεκέων δίφρων θόρον αἶψ᾽ ἐπὶ γαῖαν
παῖς τε Διὸς μεγάλου καὶ Ἐνυαλίοιο ἄνακτος.
ἡνιόχοι δ᾽ ἔμπλην ἔλασαν καλλίτριχας ἵππους·
τῶν δ᾽ ὕπο σευομένων κανάχιζε πόσ᾽ εὐρεῖα χθών.

Similitudinum ad hos versus afferri possunt hae:

ad v. 368: Δ 198: ὣς ἔφατ᾽, οὐδ᾽ ἄρα οἱ κῆρυξ ἀπίθησε ἀκούσας;

ad v. 369: I 660: αἳ δ᾽ ἐπὶ πειθόμεναι et O 354: πάντες ὁμοκλήσαντες ἔχον ἐρυσάρματας ἵππους. Versus 370 exemplum fuit Iliadis Θ 320 = Ψ 509: αὐτὸς δ᾽ ἐκ δίφροιο χαμαὶ θόρε. auctor autem Scuti Homeri verba suo more non integra adhibuit, sed pro praepositione ἐκ usus est ἀπό et pro adverbio χαμαί scripsit: ἐπὶ γαῖαν. quod Ψ 393 occurrit: ἐπὶ γαῖαν ἐλύσθη. Deinde versu 372 poetae in animo fuerunt Λ 280: ἡνίοχος δ᾽ ἵμασεν καλλίτριχας ἵππους et formula epica: ἤλασεν ἵππους. quae saepius legitur in Iliade; versus denique 373 compositus est ex M 36: κανάχιζε δὲ δούρατα πύργων et Δ 182 = Φ 387: βράχε δ᾽ εὐρεῖα χθών.[44]

Tum poeta priusquam ad ipsam heroum pugnam

---

44) Hoc versu fuerunt qui metri causa offenderint, cum vocem πόσ᾽ positionem efficere posse negarent; qua de causa a compluribus viris doctis emendationes prolatae sunt (cf. Peppmüller Variationen p. 28 sq. Künneth l. l. II p. 33 sq.). Sed non putaverim iis opus esse, cum talem poetam, qualis Scuti auctor fuit, tam strenue metri regulas servavisse non sit verisimile. —

Inversio autem versuum 372 et 373, quam Peppmüller proposuit, mihi cum Künnethio non modo non necessaria esse sed omnino non ad sententiam quadrare videtur, cum versus 373 insequentibus comparationibus accuratius explicetur, qua de causa ab iis seponi non potest.

describendam transit, a versu 374 incipiens usque ad versum 412 complures comparationes inseruit, quas ad Homeri exemplum adhibitas esse licet putare.

Ac primum quidem poeta heroes de curru desilientes duobus cum saxis comparat, quae per locum praecipitem missa caeco impetu in se incurrunt omniaque, quae obstant, secum abripiunt, dum in planitiem pervenerint. Legitur autem versu 374 sqq.:

ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο
375. πέτραι ἀποθρώσκωσιν, ἐπ' ἀλλήλης δὲ πέσωσι,
πολλαὶ δὲ δρύες ὑψίκομοι, πολλαὶ δέ τε πεῦκαι
αἴγειροί τε τανύρριζοι ῥήγνυνται ὑπ' αὐτέων
ῥίμφα κυλινδομένων, ἧος πεδιόνδ' ἀφίκωνται,
ὣς οἳ ἐπ' ἀλλήλοισι πέσον μέγα κεκλήγοντες.

Qui versus exemplum in Iliadis libri N versibus 136 sqq., ad quos iam Heinrichius delegavit et de quibus Peppmüller[45] paulo amplius loquitur; verba autem Homeri sunt haec:

136. Τρῶες δὲ προὔτυψαν ἀολλέες, ἦρχε δὲ Ἕκτωρ
ἀντικρὺς μεμαώς, ὀλοοίτροχος ὣς ἀπὸ πέτρης,
ὅν τε κατὰ στεφάνης ποταμὸς χειμάρροος ὤσῃ,
ῥήξας ἀσπέτῳ ὄμβρῳ ἀναιδέος ἔχματα πέτρης·
140. ὕψι δ' ἀναθρώσκων πέτεται, κτυπέει δέ θ' ὑπ' αὐτοῦ
ὕλη· ὁ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον, εἷος ἵκηται
ἰσόπεδον, τότε δ' οὔ τι κυλίνδεται ἐσσύμενός περ·.

Singulis in versibus Scuti poeta aliis quoque verbis Homericis usus est. Ita versus 374: ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο integer ex Π 297 receptus est, et saxa, quae ex montis vertice praecipitant, vocabulo πέτραι significantur, quod apud Homerum de ipso monte dicitur; pro Iliadis verbo: ἀναθρώσκειν Scuti

45) Peppmüller Variationen p. 29; cf. etiam infra cap. IV.

auctor praepositione mutata: ἀποθρώσκειν adhibuit, quod in Homeri carminibus nisi B 702: νηὸς ἀποθρώσκοντα et Π 748: νηὸς ἀποθρώσκων non invenitur. Reliqua versus 375 verba exemplum habent in Iliadis E 14: ἐπ' ἀλλήλοισιν ἰόντες et 141: ἐπ' ἀλλήλῃσι κέχυνται, sed Scuti loco aliud verbum usurpatum est. Insequente versu: πολλαὶ δὲ δρύες ὑψίκομοι, πολλαὶ δέ τε πεῦκαι poeta Homeri Λ 494: πολλὰς δὲ δρῦς ἀζαλέας, πολλὰς δέ τε πεύκας adhibuit, sed pro δρῦς ἀζαλέας huic versui: δρῦς ὑψικόμους ex Ψ 118 inseruit;[46] Iliadis verba: κυλίνδεται ἐσσύμενός περ in ῥίμφα κυλινδομένων mutavit et pro εἶος ἵκηται ἰσόπεδον scripsit: ἧος πεδίονδ' ἀφίκωνται. Iliadis Ω 329 verbis: πεδίονδ' ἀφίκοντο usus, versum 379: ὣς οἱ ἐπ' ἀλλήλοισι πέσον μέγα κεκλήγοντες ex Iliadis Π 430: ὣς οἱ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισι ὄρουσαν mutatis verbis desumpsit.

Insequentibus versibus complures urbes enumerantur, in quibus clamor Herculis et Cycni congredientium auditus esse dicitur:

πᾶσα δὲ Μυρμιδόνων τε πόλις κλειτή τ' Ἰαωλκός,
Ἄρνη τ' ἠδ' Ἑλίκη Ἄνθειά τε ποιήεσσα
φωνῇ ὕπ' ἀμφοτέρων μέγαλ' ἴαχον· οἱ δ' ἀλαλητῷ
θεσπεσίῳ σύνισαν·

Peppmüller,[47] qui singularum urbium situm accuratius circumscribere studuit, portentum esse dicit sonitum pugnae in Boeotiam aut vero in Peloponnesum perlatum esse. Qua de causa primo in Scuto solas Myrmidonum urbem et Iasonis clarissimam urbem commemoratas et versum 381: Ἄρνη τ' ἠδ' Ἑλίκη Ἄνθειά τε ποιήεσσα postea

46) Cf. Hesiodi Op. et Dies v. 509:
πολλὰς δὲ δρῦς ὑψικόμους ἐλάτας τε παχείας.

47) Peppmüller Variationen p. 30 sq.; cf. etiam infra cap. IV.

demum inculcatum esse putat. Ego autem ei assentiri nequeo; nam luce clarius videtur esse etiam his versibus Homeri clarissimum locum significari, illum enim Iliadis, ubi de urbibus dicitur, quas Agamemno Achilli irato dono se daturum esse promittit:

I 150 = 292: Καρδαμύλην Ἐνόπην τε καὶ Ἱρὴν ποιήεσσαν
Φηράς τε ζαθέας ἠδ' Ἄνθειαν βαθύλειμον,

Homeri autem versuum partibus uti ad morem et consuetudinem Scuti poetae tam bene quadrare ex iis, quae supra contulimus, satis videtur apparere, ut hos quoque versus genuinos esse censeamus; situm certum singularum urbium poetam in animo habuisse vix verisimile erit.

Sed etiam hoc loco alios versus Homericos poeta imitatus est: ita versus 380 referri potest ad Odysseae δ 9: Μυρμιδόνων προτὶ ἄστυ περικλυτόν et Iliadis B 712: ἐυκτιμένην Ἰαωλκόν, ubi carminis auctor ita verba mutavit, ut pro Homeri: ἄστυ scriberet synonymum: πόλις et pro voce περικλυτός simplici forma κλειτός usus cum Ἰαωλκός coniungeret. Versus 382 verba: μέγαλ' ἴαχον et Σ 29 et aliis locis Homericis occurrunt, et verborum: οἱ δ' ἀλαλητῷ θεσπεσίῳ ξύνισαν exemplum exstat in Iliadis Ξ 393: οἳ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ.[48] quibus cum verbis Scuti poeta coniunxit B 149: τοὶ δ' ἀλαλητῷ et Σ 149: θεσπεσίῳ ἀλαλητῷ.

Narrare iam pergit poeta Jovem ipsum filio suo signum dare, cum et tonitrus audiantur et guttae sanguinolentae de caelo demittantur, versu 383 sqq.:

. . . μέγα δ' ἔκτυπε μητίετα Ζεύς.
κὰδ δ' ἄρ' ἀπ' οὐρανόθεν ψιάδας βάλεν αἱματοέσσας,

48) Cf. Hesiodi Theog. v. 686: . . .
. . . οἳ δὲ ξύνισαν μεγάλῳ ἀλαλητῷ.

385. σῆμα τιθεὶς πολέμοιο ἑῷ μεγαθαρσέι παιδί.

Iam Heinrichius vidit hunc locum „manifesta imitationis vestigia“ habere de quo etiam Peppmüller et Künnethius[49] verba fecerunt. In animo autem fuerunt Scuti auctori Homeri versus Θ 170 sq.:

τρὶς δ' ἄρ' ἀπ' Ἰδαίων ὀρέων κτύπε μητίετα Ζεύς.
σῆμα τιθεὶς Τρώεσσι μάχης ἑτεραλκέα νίκην.

Sed solo tonitru non contentus guttas quoque sanguinolentas commemorare voluit, qua de causa in versus Homericos nuper allatos versum 384 inseruit, compositum ad exemplum illorum Iliadis versuum, ubi Iupiter idem signum Sarpedoni filio dat eo momento, cum Patroclus eum necaturus est: Π 459 sqq.:

αἱματοέσσας ψιάδας κατέχευεν ἔραζε
460. παῖδα φίλον τιμῶν, τόν οἱ Πάτροκλος ἔμελλεν
φθίσειν ἐν Τροίῃ ἐριβώλακι, τῆλοθι πάτρης.

Suo more poeta Hesiodeus Homeri verba mutavit; scripsit enim versu 383 pro: κτύπε μητίετα Ζεύς — μέγα δ' ἔκτυπε μητίετα Ζεύς, quod Ο 377 exstat et versu 384 pro κατέχευεν ἔραζε ex Θ 365: ἀπ' οὐρανόθεν προΐαλλεν recepit, ibi pro verbo προϊάλλειν verbo βάλλειν usus.

Post hoc portentum poeta non ad ipsum heroum certamen narrandum transit, quamquam id fieri ut apud Homerum ita etiam in Scuto verisimillimum potuit esse, sed novam imaginum seriem affert. Et primum quidem Hercules ex curru desiliens cum apro comparatur, qui ad pugnam paratus in saltu venatores exspectat, v. 386 sqq.:

οἷος δ' ἐν βήσσῃς ὄρεος χαλεπὸς προϊδέσθαι

---

49) Peppmüller Variationen p. 31; Künneth l. l. II p. 40 sq. cf. etiam infra cap. IV.

κάπρος χαυλιόδων φρονέει θυμῷ μαχέσασθαι·
ἀνδράσι θηρευτῇς, θήγει δέ τε λευκὸν ὀδόντα
δοχμωθείς, ἀφρὸς δὲ περὶ στόμα μαστιχόωντι
λείβεται, ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἔικτον,
ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει τρίχας ἀμφί τε δειρήν·
τῷ ἴκελος Διὸς υἱὸς ἀφ' ἱππείου θόρε δίφρου.

Ad Homericum huius imaginis exemplum Heinrichius delegavit; sunt autem qui poetae in animo fuerunt Iliadis versus N 471 sqq.:

ὡς ὅτε τις σῦς οὔρεσι ἀλκὶ πεποιθώς,
ὅς τε μένει κολοσυρτὸν ἐπερχόμενον πολὺ ἀνδρῶν
χώρῳ ἐν οἰοπόλῳ, φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν·
ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον· αὐτὰρ ὀδόντας
θήγει, ἀλέξασθαι μεμαὼς κύνας ἠδὲ καὶ ἄνδρας
ὣς μένεν κτλ.

Quamquam hos versus exemplum Hesiodeorum fuisse nemo negabit, tamen apparet ipsorum verborum poetam admodum pauca recepisse et magis quam ceteris locis, de quibus adhuc verba fecimus, aliis Homeri versibus usum esse. Ita pro vocabulo σῦς, quod in Iliade invenitur, vocabulum κάπρος adhibetur et additur adiectivum χαυλιόδων, pro quo apud Homerum semper ἀργιόδους legitur, velut I 539: χλούνην σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα, et iam initio imaginis pro Homeri verbis: οὔρεσι ἀλκὶ πεποιθώς ex Iliadis Γ 34 = Ξ 397 = Π 634 recepta sunt: οὔρεος ἐν βήσσῃς, quorum verborum ordinem Scuti auctor mutavit in: ἐν βήσσῃς ὄρεος. Insequentis versus verba φρονέει θυμῷ μαχέσασθαι comparari possunt cum Iliadis N 135: οἱ δ' ἰθὺς φρονέον, μέμασαν δὲ μάχεσθαι. Versus 388 verba: ἀνδράσι θηρευτῇς in Iliadis Μ 41 exstant, et in ultimis eiusdem versus verbis praeter locum supra allatum etiam Λ 416: θήγων

λευκὰ ὀδόντα poeta in animo habuit. Versus 389 exemplum invenitur apud Homerum Υ 168: περί τ' ἀφρὸς ὀδόντων γίγνεται, ubi pro γίγνεται insertum ést verbum: λείβεται.[50] Deinde poeta pro Iliadis Ν 474 verbis: ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον scripsit: ὄσσε δέ οἱ πυρὶ λαμπετόωντι ἔικτον, quae verba ex Α 104 recepit, et versu 391: ὀρθὰς δ' ἐν λοφιῇ φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν coniunxit poeta Iliadis Ν 473: φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν et Ω 359: ὀρθαὶ δὲ τρίχες ἔσταν et Odysseae τ 446: φρίξας εὖ λοφίην. Versu denique 392 verba Homeri Π 427: ἔκθορε δίφρου et Ε 799: ἱππείου δὲ θεὰ ζυγοῦ ita composuit, ut legatur: ἀφ' ἱππείου θόρε δίφρου et verba eiusdem versus: τῷ ἴκελος ex Π 11 et Διὸς υἱός ex Α 9 desumpsit.

Insequentibus versibus 393—401 aliam imaginem, qua anni tempus indicatur poeta affert his verbis:

ἦμος δὲ χλοερῷ κυανόπτερος ἠχέτα τέττιξ
ὄζῳ ἐφεζόμενος θέρος ἀνθρώποισιν ἀείδειν
ἄρχεται, ᾧ τε πόσις καὶ βρῶσις θῆλυς ἐέρση,
καί τε πανημέριός τε καὶ ἠώιος χέει αὐδὴν
ἴδει ἐν αἰνοτάτῳ, ὅτε τε χρόα Σείριος ἄζει,
τῆμος δὴ κέγχροισιν πέρι γλῶχες τελέθουσι
τούς τε θέρει σπείρουσιν, ὅτ' ὄμφακες αἰόλλονται,
οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἄχθος·
τὴν ὥρην μάρναντο, πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει.

Quibus cum versibus comparari possunt Iliadis versus: Γ 151 sqq.:

τεττίγεσσι ἐοικότες, οἵ τε καθ' ὕλην
δενδρέῳ ἐφεζόμενοι ὄπα λειριόεσσαν ἱεῖσιν·

---

50) Cf. hymn. Hom. i. Merc. 145 sq.:

. . . Διὸς δ' ἐριούνιος Ἑρμῆς
δοχμωθεὶς μεγάροιο διὰ κλήϊθρον ἔδυνεν.

sed Scuti auctor hanc imaginem multo amplius exornavit.[51] Verborum autem Homericorum ad singulos versus pertinent haec:

ad v. 394: Odysseae χ 346: θεοῖσι καὶ ἀνθρώποισιν ἀείδω;

ad v. 395: T 210: οὐ πόσις οὐδὲ βρῶσις et ε 467: θῆλυς ἐέρση;

ad v. 396: τ 521: χέει πολυηχέα φωνήν;

ad v. 397: Θ 476: στείνει ἐν αἰνοτάτῳ;

ad v. 401[52]: Σ 453: πᾶν δ' ἦμαρ μάρναντο et formula illa: πολὺς δ' ὀρυμαγδὸς ὀρώρει, quae apud Homerum saepius, velut Θ 59, occurrit.

Homeri imitatio denuo cognosci potest in proximis imaginibus: ac primum quidem heroum pugna comparatur cum duobus leonibus, qui de cerva interfecta inter se certant, versibus 402 sqq.:

ὡς δὲ λέοντε δύω ἀμφὶ κταμένης ἐλάφοιο
ἀλλήλοις κοτέοντες ἐπὶ σφέας ὁρμήσωσι,
δεινὴ δέ σφ' ἰαχὴ ἄραβος θ' ἅμα γίγνετ' ὀδόντων.

Quam imaginem ex Iliadis Π 756 sqq. sumptam esse Heinrichius vidit; illo autem loco legitur:

---

51) Ad hanc imaginem accuratius illustrandam poeta Scuti usus est Hesiodi Operum et Dierum quae dicuntur, versibus 582–588, quos iam Heinrichius commemoravit. Legitur autem illo loco:

ἦμος δὲ σκόλυμός τ' ἀνθεῖ καὶ ἠχέτα τέττιξ
δενδρέῳ ἐφεζόμενος λιγυρὴν καταχεύετ' ἀοιδὴν
πυκνὸν ὑπὸ πτερύγων, θέρεος καματώδεος ὥρῃ,
585. τῆμος πιόταταί τ' αἶγες καὶ οἶνος ἄριστος.
μαχλόταται δὲ γυναῖκες ἀφαυρότατοι δέ τοι ἄνδρες
εἰσίν, ἐπεὶ κεφαλὴν καὶ γούνατα Σείριος ἄζει
αὐάλεος δέ τε χρὼς ὑπὸ καύματος . . . . κτλ.

Hos quoque versus Scuti auctor eadem ratione adhibita, qua in ceteris imaginibus non integros recepit, sed eos paululum mutavit, qua in re etiam verba Homerica supra allata adhibuit.

52) Ad versum 400 conferas Hesiodi frgm. 121 (Rzach): v. 1: οἷα Διώνυσος δῶκ' ἀνδράσι χάρμα καὶ ἄχθος.

τὼ περὶ Κεβριόναο λέονθ' ὣς δῆριν θήτην,
ὥ τ' ὄρεος κορυφῇσι περὶ κταμένης ἐλάφοιο,
ἄμφω πεινάοντε, μέγα φρονέοντε μάχεσθον.

Praeter hos versus poeta suo more etiam aliorum versuum partibus usus est: ita prima imaginis verba ex Iliadis K 297: ὥς τε λέοντε δύω recepit et in eodem versu imaginis Homericae verba: περὶ κταμένης ἐλάφοιο mutata praepositione adhibuit. Insequentis versus verba: ἀλλήλοις κοτέοντες exstant Γ 345, et versus 404 exemplum habet in libri K 375: ἄραβος δὲ διὰ στόμα γίγνετ' ὀδόντων

Cum hac imagine poeta alteram coniunxit et ibi quidem Homerum imitatus, versu 405 sqq.:

οἳ δ' ὥς τ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες ἀγκυλοχῆλαι
πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντε μάχωνται
αἰγὸς ὀρεσσινόμου ἢ ἀγροτέρης ἐλάφοιο,
πίονος, ἥν τ' ἐδάμασσε βαλὼν αἰζήιος ἀνὴρ
ἰῷ ἀπὸ νευρῆς, αὐτὸς δ' ἀπαλήσεται ἄλλῃ,
χώρου αἴδρις ἐών· οἱ δ' ὀτραλέως ἐνόησαν,
ἐσσυμένως δέ οἱ ἀμφὶ μάχην δριμεῖαν ἔθεντο.
ὣς οἱ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.

Haec imago fluxit ex Iliadis libro Π 428 sqq.:

οἱ δ' ὥς τ' αἰγυπιοὶ γαμψώνυχες ἀγκυλοχῆλαι[53]
πέτρῃ ἐφ' ὑψηλῇ μεγάλα κλάζοντες μάχωνται,
ὣς οἱ κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν,

quos versus Scuti auctor sine ulla mutatione adhibuit, sed Homeri verbis non contentus imaginem pluribus versibus exornavit, denuo Iliadis verbis usus; sunt autem versus Λ 473 sqq.:

— — — — — — — ἀμφὶ δ' ἄρ' αὐτὸν
Τρῶες ἕπονθ' ὡς εἴ τε δαφοινοὶ θῶες ὄρεσφιν

---

53) Sic hoc vocabulum etiam Iliadis loco scribendum erit. Conferas Zacher, Philologus LVII. (1898) p. 23.

475. ἀμφ' ἔλαφον κεραὸν βεβλημένον, ὅν τ' ἔβαλ' ἀνὴρ
ἰῷ ἀπὸ νευρῆς· τὸν μέν τ' ἤλυξε πόδεσσιν
φεύγων — — — — κτλ.

Praeterea ad versus 407 verba: αἰγὸς ὀρεσσινόμου spectat Homeri M 299 = P 61: λέων ὀρεσσίτροφος, quod adiectivum Hesiodeus poeta ad exemplum Odysseae ζ 106: ἀγρονόμος mutavit in ὀρεσσινόμος, quae forma ab Homero non usurpatur. Eodem autem in versu Scuti auctor pro Iliadis, quem modo attulimus, loco Λ 475: ἀμφ' ἔλαφον κεραόν scripsit: ἀγροτέρης ἐλάφοιο, quae verba ex Φ 486 recepit, et in insequente versu pro: ὅν τ' ἔβαλ' ἀνήρ, verbis P 520 usus: βαλὼν αἰζήιος ἀνήρ. Versus 410 compositus est ex Odysseae κ 282: χώρου ἀίδρις ἐών et Iliadis Γ 260: τοὶ δ' ὀτραλέως ἐπίθοντο, sed pro Homeri: ἐπίθοντο legitur ἐνόησαν, et versus 411 referri potest ad O 696: δριμεῖα μάχη παρὰ νηυσὶν ἐτύχθη.

Tum demum poeta certamen Herculis cum Cycno enarrat: prior Cycnus hastam in adversarium demittit, quae scutum quidem Herculis contingit neque vero damnum ei affert:

413. ἔνθ' ἤ τοι Κύκνος μὲν ὑπερμενέος Διὸς υἱὸν
κτεινέμεναι μεμαὼς σάκει ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος,
415. οὐδ' ἔρρηξεν χαλκόν· ἔρυτο δὲ δῶρα θεοῖο.

Iisdem verbis Homerus pugnam describere incipit in Iliadis libro Π 399: ἔνθ' ἤ τοι Πρόνοον πρῶτον βάλε δουρὶ φαεινῷ κτλ., et cum eiusdem Scuti versus verbis: ὑπερμενέος Διὸς υἱόν comparari licet Ξ 69: Δὴ μέλλει ὑπερμενέϊ φίλον εἶναι. Insequentium versuum exemplum exstat in Iliadis Φ 164 sqq.:

καὶ ῥ' ἑτέρῳ μὲν δουρὶ σάκος βάλεν, οὐδὲ διὰ πρὸ
ῥῆξε σάκος· χρυσὸς γὰρ ἐρύκανε, δῶρα θέοιο,

sed etiam haec verba poeta mutavit. Nam cum primo

illorum versuum coniuncta videmus Iliadis E 301 = P 8: τὸν κτάμεναι μεμαώς et formulam illam: χάλκεον ἔγχος; verba Homerica: σάκος βάλεν mutata sunt in: σάκε' ἔμβαλε; versu 415 denique poeta pro Iliadis Φ 164 sq. verbis: οὐδὲ διὰ πρὸ | ῥῆξε σάκος recepit verba Γ 348 = Η 259 = Ρ 44: οὐδ' ἔρρηξε χαλκός.

Deinde Hercules hasta iacta Cycnum ita percutit, ut exanimatus corruat, quercui similis aut pino Jovis fulmine ictae, v. 416 sqq.:

Ἀμφιτρυωνιάδης δέ, βίη Ἡρακληείη,
μεσσηγὺς κόρυθός τε καὶ ἀσπίδος ἔγχεϊ μακρῷ
αὐχένα γυμνωθέντα θοῶς ὑπένερθε γενείου
ἤλασ' ἐπικρατέως· ἀπὸ δ' ἄμφω κέρσε τένοντε
ἀνδροφόνος μελίη· μέγα γὰρ σθένος ἔμπεσε φωτός.
ἤριπε δ', ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπεν ἢ ὅτε πεύκη
ἠλίβατος, πληγεῖσα Διὸς ψολόεντι κεραυνῷ·
ὣς ἔριπ'· ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ.

Qui hos versus legerit, statim meminerit eodem vulnere Herculem Cycnum prosternere, quo in Iliade Achilles Hectorem interficit, quod narratur X 322 sqq.:

τοῦ δὲ καὶ ἄλλο τόσον μὲν ἔχε χρόα χάλκεα τεύχεα,
καλά, τὰ Πατρόκλοιο βίην ἐνάριξε κατακτάς,
φαίνετο δ' ᾗ κληῖδες ἀπ' ὤμων αὐχέν' ἔχουσιν,
λαυκανίην, ἵνα τε ψυχῆς ὤκιστος ὄλεθρος·
τῇ ῥ' ἐπὶ οἷ μεμαῶτ' ἔλασ' ἔγχεϊ δῖος Ἀχιλλεύς,
ἀντικρὺ δ' ἁπαλοῖο δι' αὐχένος ἤλυθ' ἀκωκή
— — — — — — — — — — — —
— — — — — — — — — — — —
ἤριπεν δ' ἐν κονίῃς.

Non puto quemquam dubitare posse, quin hi Iliadis versus ad quos Heinrichius delegavit, Scuti poetae exemplum fuerint, sed hoc loco paulo magis verba

permutavit aliisque versibus Homericis usus est. Ita primo afferenda sunt, quae in Iliadis K 455 sq. leguntur:

ὁ δ᾽ αὐχένα μέσσον ἔλασσε
φασγάνῳ ἀίξας, ἀπὸ δ᾽ ἄμφω κέρσε τένοντε,

quibus cum verbis coniungenda sunt verba Iliadis Π 400: στέρνον γυμνωθέντα παρ᾽ ἀσπίδα et Φ 50: γυμνόν, ἄτερ κόρυθος τε καὶ ἀσπίδος, οὐδ᾽ ἔχεν ἔγχος. Scuti versus 417 verba: ἔγχεϊ μακρῷ formulam praebent epicam saepiusque apud Homerum inveniuntur, et versus 416: βίη Ἡρακληείη iam supra versu 115 nobis occurrit.

Etiam versus 421—423, quibus Cycnus profligatus comparatur cum arbore fulmine icta ex Iliade fluxerunt. Versus enim 421 in Iliadis N 389 = Π 482 hac forma legitur: ἤριπε δ᾽ ὡς ὅτε τις δρῦς ἤριπε ἢ ἀχερωίς, quo cum versu Scuti auctor coniunxit O 618: ἠύτε πέτρη ἠλίβατος μεγάλη — — --. inseruit autem pro voce: ἀχερωίς aut πέτρη vocem πεύκη. Insequentis versus verba composita sunt ex Odysseae ξ 306 = μ 416: Διὸς πληγεῖσα κεραυνῷ et ψ 330: ψολόεντι κεραυνῷ, et versus 423 congruit cum Iliadis N 181: ὣς πέσεν, ἀμφὶ δέ οἱ βράχε τεύχεα ποικίλα χαλκῷ. et ibi quidem verbis: ὣς πέσεν mutatis in ὣς ἔριπ᾽.

Cycno mortuo Hercules Minervae consilium secutus statim ipsum Martem aggreditur, 424 sqq.:

τὸν μὲν ἔπειτ᾽ εἴασε Διὸς ταλακάρδιος υἱός,
αὐτὸς δὲ βροτολοιγὸν Ἄρην προσιόντα δοκεύσας,
δεινὸν ὁρῶν ὄσσοισι — — — — — — —

Horum versuum exemplum praebent Iliadis Θ 317 sqq.:

τὸν μὲν ἔπειτ᾽ εἴασε καὶ ἀχνύμενός περ ἑταίρου
Κεβριόνην δ᾽ ἐκέλευσεν — — — — —
— — — — — — — — — — — —
320. αὐτὸς δ᾽ ἐκ δίφροιο χαμαὶ θόρε — — —,

sed coniunxit poeta cum his verbis Iliadis Π 313: Φυλείδης δ' Ἄμφικλον ἐφορμηθέντα δοκεύσας, ita autem, ut pro: ἐφορμηθέντα scriberet ex E 515 (- H 308): προσιόντα, cum verba versus 426: δεινὸν ὁρῶν ὄσσοισι ad Homeri: δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδών (O. 13) pertineant. Versu 424 Herculi attributum: ταλακάρδιος datum est, quod adiectivum ab Homero alienum Scuti auctor composuit ex Homeri: θρασυκάρδιος (K 41. N 343) et ταλαπείριος, ταλαπενθής vel aliis.

Denuo iam poeta narrationi comparationes inseruit, quarum prima Hercules cum leone comparatur impetum virorum expectante: v. 426 sqq.:

— — — — — λέων ὣς σώματι κύρσας,
ὅς τε μάλ' ἐνδυκέως ῥινὸν κρατεροῖς ὀνύχεσσι
σχίσσας ὅττι τάχιστα μελίφρονα θυμὸν ἀπηύρα·
ἐμ μένεος δ' ἄρα τοῦ γε κελαινὸν πίμπλαται ἦτορ.
γλαυκιόων δ' ὄσσοις δεινὸν πλευράς τε καὶ ὤμους
οὐρῇ μαστιόων ποσσὶν γλάφει, οὐδέ τις αὐτὸν
ἔτλη ἐς ἄντα ἰδὼν σχεδὸν ἐλθέμεν οὐδὲ μάχεσθαι·
τοῖος ἄρ' Ἀμφιτρυωνιάδης, ἀκόρητος ἀυτῆς
ἀντίος ἔστη Ἄρηος, ἐνὶ φρεσὶ θάρσος ἀέξων,
ἐσσυμένως· ὃ δέ οἱ σχεδὸν ἤλυθεν ἀχνύμενος κῆρ·
ἀμφότεροι δ' ἰάχοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν.

Etiam huius imaginis exemplum apud Homerum extat, ubi in Iliadis libro Υ 164 sqq.: legitur:

Πηλείδης δ' ἑτέρωθεν ἐναντίον ὦρτο λέων ὥς,
σίντης, ὅν τε καὶ ἄνδρας ἀποκτάμεναι μεμάασιν
ἀγρόμενοι πᾶς δῆμος — — — — — —
— — — — — — — — — — — —
οὐρῇ δὲ πλευράς τε καὶ ἰσχία ἀμφοτέρωθεν
μαστίεται, ἑὲ δ' αὐτὸν ἐποτρύνει μαχέσασθαι.
γλαυκιόων δ' ἰθὺς φέρεται μένει, ἤν τινα πέφνῃ

ἀνδρῶν ἢ αὐτὸς φθίεται πρώτῳ ἐν ὁμίλῳ·
ὣς Ἀχιλῆ' ὄτρυνε μένος καὶ θυμὸς ἀγήνωρ.
ἀ ν τ ί ο ν ἐ λ θ έ μ ε ν α ι μεγαλήτορος Αἰνείαο
οἱ δ' ὅτε δὴ σ χ ε δ ὸ ν ἦ σ α ν ἐπ' ἀ λ λ ή λ ο ι σ ι ν
ἰόντες κτλ

Sed praeter hunc locum multos alios versus Homericos Scuti poetam in animo habuisse luce clarius est. Ita ad versum 426 pertinet Γ 23: ὥς τε λέων ἐχάρη μεγάλῳ ἐπὶ σώματι κύρσας cum insequentis versus: μάλ' ἐνδυκέως occurrant Ω 158 = 187: ἀλλὰ μάλ' ἐνδυκέως. Versu 428 poeta Iliadis K 495 verba: μελιηδέα θυμὸν ἀπηύρα paululum mutavit, cum pro adiectivo: μελιηδὴς simili: μελίφρων uteretur. Versus 429 exemplum cognosci potest in Iliadis A 103 sq.:

— — — μένεος δὲ μέγα φρένες ἀμφιμέλαιναι
πίμπλαντ', ὄσσε δέ οἱ — — — —,

verbis ita mutatis, ut pro Homericis φρένες et ἀμφιμέλαι synonyma: ἦτος et κελαινός adhibita sint.

Tum insequentibus versibus etiam verbis demonstratur Homeri locum supra allatum poetam imitatum esse, sed illa verba cum multis aliis ex Homero desumptis permiscuit. Versu enim 430 pro Iliadis Υ 170: πλευράς τε καὶ ἰσχία recepit ex Ψ 716: πλευράς τε καὶ ὤμους et insequentis versus verba: οὐδέ τις αὐτον inveniuntur in Odyssea ε 205. Versus 432 compositus est ex Odysseae λ 143: ἔτλη ἐσάντα ἰδεῖν (cf. Ρ 334: ἔγνω ἐσάντα ἰδών) et Iliadis Δ 247: σχεδὸν ἐλθέμεν et Μ 65 = Π 520: οὐδὲ μάχεσθαι. Versus 433 verba: ἀκόρητος ἀυτῆς similiter inveniuntur in Iliadis Ν 621: δεινῆς ἀκόρητοι ἀυτῆς. Versus 434 denuo ad libri Υ verba referri potest, attamen verba: αντιον ελθεμεναι μεγαλήτορος ab Hesiodeo poeta ad exemplum Iliadis Λ 94 in: ἀντίος ἔστη mutata

sunt, cum verborum ἐνὶ φρεσὶ θάρσος ἀέξων exemplum extet in Iliadis P 139: μέγα πένθος ἐνὶ στήθεσσιν ἀέξων. Insequente versu verba Iliadis Y 176: οἳ δ' ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν adhibita sunt, sed ita ut pro verbo ἦσαν ex E 607 σχεδὸν ἤλυθον reciperetur, et verba: ἀχνύμενος κῆρ eadem forma in Odysseae κ 67 inveniuntur, in Iliade non nisi N 419: ἀχνύμενός περ et Ψ 165: ἀχνύμενοι κῆρ. Denique Iliadis versus Y 176 verba: ἐπ' ἀλλήλοισιν ἐόντες Scuti auctorem commoverunt, ut novum versum ad exemplum Iliadis Π 430 = Ξ 401: κεκλήγοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν insereret, ubi pro Homeri: κεκλήγοντες scripsit: ἰάχοντες.[54]

Altera imagine Mars in Herculem irruens cum saxo comparatur ex montis vertice demisso:

437. ὡς δ' ὅτ' ἀπὸ μεγάλου πέτρη πρηῶνος ὀρούσῃ,
μακρὰ δ' ἐπιθρώσκουσα κυλίνδεται, ἡ δέ τε ἠχῇ
ἔρχεται ἐμμεμαυῖα, πάγος δέ οἱ ἀντεβόλησεν
440. ὑψηλός· τῷ δὴ συνενείκεται, ἔνθα μιν ἴσχει·
τόσσῃ ὃ μὲν ἰαχῇ βρισάρματος οὔλιος Ἄρης
κεκληγὼς ἐπόρουσεν· ὃ δ' ἐμμαπέως ὑπέδεκτο.

Ad certum aliquem Homeri locum quamquam haec

---

54) Peppmüller (Variationen p. 35) hos versus 435 et 436 spurios esse censet, cum dicat: „Herakles steht während dieser Zeit ruhig da -- — — und erwartet seinen Gegner: es passt also weder ἐσσυμένως 435 noch ἀμφότεροι ἰάχοντες ἐπ' ἀλλήλοισιν ὄρουσαν, und auch was v. 435 noch enthält, dass Ares nahe kam, im Herzen bekümmert, ist recht entbehrlich." Sed hanc sententiam, quae sine dubio laudari non potest, rectissime Künnethius (l. l. II p. 42) reiecit: „Herakles steht nicht, wie Peppmüller meint, während dieser Zeit ruhig da, sondern tritt Ares entgegen, ἀντίος ἔστη, wozu ἐσσυμένως ganz gut passt. Letzterer kommt näher heran ἀχνύμενος κῆρ wegen des Todes seines Sohnes Kyknos." Accedit, quod hi versus nihil habent offensionis, cum a ceteris nulla re discrepent et plane ex more poetae ad exemplum Homeri composita sint.

imago non videtur pertinere, tamen nihilo minus versibus Homericis quin usus sit poeta non potest dubium esse. Cum versu 437 comparare licet Iliadis Π 297: ὡς δ' ὅτ' ἀφ' ὑψηλῆς κορυφῆς ὄρεος μεγάλοιο, verba autem poeta vitare studuit alia pro Homericis supponens. Eodem modo insequente versu, qui ad Iliadis N 140: ὕψι δ' ἀναθρώσκων πέτεται pertinet, pro verbis: ὕψι et πέτεται verba: μακρά et κυλίνδεται, quae eandem vim habent, inserta sunt et pro Homeri ἀναθρώσκειν mutata praepositione ἐπιθρώσκειν scriptum est. Versus 438 verbum: ἀντεβόλησεν in Iliadis N 210: Ἰδομενεὺς δ' ἄρα οἱ δουρὶ κλυτὸς ἀντεβόλησεν. Deinde quod attinet ad verba: βρισάρματος οὔλιος Ἄρης, adiectivum βρισάρματος apud Homerum nusquam exstat.[55] Praeterea autem Marti epitheton οὔλιος datur,[56] cum in Iliade ille deus: οὖλος appelletur (E 461) et adiectivum οὔλιος nisi Λ 62: οὔλιος ἀστήρ non inveniatur. Denique versus 442 verba cum Homeri Υ 284 = 442: ἐμμεμαὼς ἐπόρουσεν et E 836: ὁ δ' ἄρ' ἐμμαπέως ἀπόρουσεν comparari possunt.

Tum Minerva Marti obviam it eumque ut pugnae finem faciat monet: non ei destinatum esse, ut Herculem vinceret, v. 443 sqq.:

αὐτὰρ Ἀθηναίη, κούρη Διὸς αἰγιόχοιο,
ἀντίη ἦλθεν Ἄρηος ἐρεμνὴν αἰγίδ' ἔχουσα·
δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδοῦσ' ἔπεα πτερόεντα προσηύδα·
Ἄρες, ἐπίσχε μένος κρατερὸν καὶ χεῖρας ἀάπτους·
οὐ γάρ τοι θέμις ἐστὶν ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι
Ἡρακλέα κτείναντα, Διὸς θρασυκάρδιον υἱόν·
ἀλλ' ἄγε παῦε μάχην,[57] μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο.

55) Cf. hymn. Hom. VIII, 1:
Ἄρες ὑπερμενέτα, βρισάρματε.
56) Conferas infra ad versum 192.
57) Ita cum Paley scribendum erit, cum lectio παῦε μάχης

Primus horum versuum, versus 443 plane cum Iliadis E 733 congruit et etiam versus 444 et 445 ex versuum Homericorum partibus compositi sunt: ac versus quidem 444: ex Iliadis Z 54: ἀντίος ἦλθε θέων, Δ 167: ἐρεμνὴν αἰγίδα πᾶσι, B 447: αἰγίδ' ἔχουσ' ἐρίτιμον; et versus 445: ex O 13: δεινὰ δ' ὑπόδρα ἰδών et verbis: ἔπεα πτερόεντα προσηύδα, quae saepissime apud Homerum occurrunt. Sed insequentium quoque versuum singula verba ad Homerum pertinent: ita versus 446: μένος καὶ χεῖρας ἀάπτους ut H 309 ita etiam aliis locis Homericis invenitur et κρατερὸν μένος H 38 = Π 189 = Ψ 837 extat. Versus 447 verba: οὐ γάρ τοι ex M 247 fluxerunt, quibus cum verbis poeta coniunxit Ξ 386: τῷ δ' οὐ θέμις ἐστί; praeterea autem ad hunc versum denuo afferendus est E 435: Αἰνείαν κτεῖναι καὶ ἀπὸ κλυτὰ τεύχεα δῦσαι, cuius versus primam partem Scuti auctor ita mutavit, ut eam participii: Ἡρακλέα κτείναντα forma usus ceteris verbis postponeret. Eiusdem versus adiectivum: θρασυκάρδιος ab Homero K 41 et N 343 usurpatur, et versus 449: ἀλλ' ἄγε παῦε μάχην μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο exemplum habet in Odysseae ω 543: ἴσχεο, παῦε δὲ νεῖκος ὁμοιίου πτολέμοιο, sed verba: μηδ' ἀντίος ἵστασ' ἐμεῖο integra ex P 31 = Υ 197 recepta sunt et verba: ἀλλ' ἄγε ad formulam epicam spectant.

Mars autem Minervae verbis non obtemperans Herculem aggreditur. Quam pugnam versibus 450—462 descriptam ad Homeri Diomedis cum Marte pugnae exemplum factam esse supra iam diximus. Ut Diomedes ita etiam Hercules a Minerva adiuvatur, quae in utroque carmine in quadriga herois stat, utroque in carmine

---

contra dicendi leges repugnet; conferas de hac re Peppmüllerum Philologus XLI (1882) p. 9 et Künnethium, l. l. II. p. 42 sq.

prior Mars adversarium hasta percutere studet, utroque in carmine Mars ab hoste eodem fere corporis loco vulneratur. Hoc uno duo carmina inter se differunt, quod in Scuto hasta frustra demissa Mars gladio destricto in Herculem invadit, qua re illi locum nocendi dat, cum in Iliade Minerva Diomedis hastam vertat. Iam singula comparemus:

Sc. 450. ὣς ἔφατ᾽· ἀλλ᾽ οὐ πεῖθ᾽ Ἄρεος μεγαλήτορα θυμόν.
ἀλλὰ μέγα ἰάχων φλογὶ εἴκελα τ᾽ ἔγχεα πάλλων
καρπαλίμως ἐπόρουσε βίῃ Ἡρακληείῃ
κακτάμεναι μεμαώς· καί ῥ᾽ ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος
σπερχνὸν παιδὸς ἑοῦ κοτέων περὶ τεθνηῶτος,
ἐν σάκεϊ μεγάλῳ.

E 850. οἳ δ᾽ ὅτε δὴ σχεδὸν ἦσαν ἐπ᾽ ἀλλήλοισιν ἰόντες,
πρόσθεν Ἄρης ὠρέξαθ᾽ ὑπὲρ ζυγὸν ἡνία ἵππων
ἔγχεϊ χαλκείῳ μεμαὼς ἀπὸ θυμὸν ἑλέσθαι.

Sc. 455. — ἀπὸ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ἔγχεος ὁρμὴν ἔτραπ᾽ ὀρεξαμένη ἀπὸ δίφρου.

E 853. καί τό γε χειρὶ λαβοῦσα θεὰ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ὦσεν ὑπὲκ δίφροιο ἐτώσιον ἀιχθῆναι.

Sc. 457. δριμὺ δ᾽ Ἄρην ἄχος εἷλε· ἐρυσσάμενος δ᾽ ἄορ ὀξὺ
ἔσσυτ᾽ ἐφ᾽ Ἡρακλέα κρατερόφρονα· τὸν δ᾽ ἐπίοντα
Ἀμφιτρυωνιάδης, δεινῆς ἀκόρητος ἀυτῆς,
460. μηρὸν γυμνωθέντα σάκευς ὕπο δαιδαλέοιο
οὔτασ᾽ ἐπικρατέως· διὰ δὲ μέγα σαρκὸς ἄραξε
δούρατι νωμήσας, ἐπὶ δὲ χθονὶ κάββαλε μέσσῃ.

E 855. δεύτερος αὖθ᾽ ὡρμᾶτο βοὴν ἀγαθὸς Διομήδης
ἔγχεϊ χαλκείῳ, ἐπέρεισε δὲ Παλλὰς Ἀθήνη
νείατον ἐς κενεῶνα, ὅθι ζωννύσκετο μίτρῃ·
τῇ ῥά μιν οὖτα τυχών, διὰ δὲ χρόα καλὸν ἔδαψεν,
ἐκ δὲ δόρυ σπάσεν αὖτις, ὃ δ᾽ ἔβραχε χάλκεος Ἄρης.

Ad singula verba quod attinet versibus Hesiodeis inesse

similitudines cum illo Iliadis loco apparet neque vero minus potest dubium esse, quin etiam hoc loco Scuti auctor aliis Homeri versibus usus sit.

Versus enim 450 sq. comparare licet cum Iliadis Θ 97 sq.:

ὣς ἔφατ' οὐδ' ἐσάκουσε — — — —

ἀλλὰ — — — — et eiusdem versus: μεγαλήτορα θυμόν, ut est formula epica, saepius apud Homerum leges. Versus insequens compositus est ex Iliadis P 213: βῆ ῥα μέγα ἰάχων et N 53: φλογὶ εἴκελος, et verba: ἔγχεα πάλλων pertinent ad Iliadis Γ 18 sq.:

— — — αὐτὰρ ὃ δοῦρε δύω κεκορυθμένα χαλκῷ

πάλλων — — — — —

Versus 452 exemplum exstat Γ 379: αὐτὰρ ὁ ἂψ ἐπόρουσε κατακτάμεναι μενεαίνων, sed ita poeta hunc versum mutavit, ut pro voce ἂψ scriberet καρπαλίμως[58] et pro verbis κατακτάμεναι μενεαίνων verba: κτάμεναι μεμαώς ex E 301 reciperet eaque in proximi versus initium transponeret, quo versu iterum formula: ἔμβαλε χάλκεον ἔγχος iam supra Scuti versu 414 usurpata occurrit. Versus 454 verba: παιδὸς ἑοῦ — — — — περὶ τεθνηῶτος spectant ad Iliadis Σ 173: νεκύος πέρι τεθνηῶτος et versus 455 verba: ἐν σάκεϊ μεγάλῳ ex Λ 572 desumpta sunt.

Insequentium versuum verborum exempla in Iliadis E 853 sqq. extare vidimus, attamen ita verba mutata sunt, ut verba: ἔγχεος ὁρμήν reciperentur et verba: ἔτραπ' ὀρεξαμένη ad exemplum Iliadis Π 314 = 323: ἔφθη ὀρεξάμενος adhiberentur. Proximi tum versus compositi sunt ex his Iliadis verbis: v. 457: ex Σ 322: μάλα γὰρ δριμὺς χόλος αἱρεῖ, quae verba Scuti poeta mutavit in: δριμὺ δ' Ἄρην ἄχος εἷλε et Φ 173 sq.: ὁ δ' ἄορ

58) Cf. hymn. Hom. i. Cer. 371: καρπαλίμως δ' ἀνόρουσ' — —

ὀξὺ ἐρυσσάμενος παρὰ μηροῦ | ἆλτ' ἐπί οἱ μεμαὼς — — — sed pro verbo: ἆλτο poeta ἔσσυτο inseruit, quod P 677: ἀλλά τ' ἐπ' αὐτῷ ἔσσυτο legitur.

Versus 458 verba spectant ad Iliadis Ξ 324: Ἡρακλέα κρατερόφρονα et ad E 238: τόνδε δ' ἐγὼν ἐπιόντα.

Ad v. 459 comparari possunt Iliadis N 621: δεινῆς ἀκόρητος ἀυτῆς et ad v. 460: Π 312 = 400: στέρνον γυμνωθέντα παρ' ἀσπίδα et T 379: ὣς ἀπ' Ἀχιλλῆος σάκεος σέλας — — — καλοῦ, δαιδαλέου.

Ad versum 461 pertinent Homeri verba Π 81. ἔμπεσ' ἐπικρατέως et Λ 338: οὔτασε δουρί et praeterea M 384: σὺν δ' ὀστέ' ἄραξεν et τ 450: πολλὸν δὲ διήφυσε σαρκὸς ὀδόντι.

Versus denique 462 verba: ἐπὶ δὲ χθονὶ κάββαλε μέσσῃ composita sunt ex Iliadis Ψ 731: ἐπὶ δὲ χθονὶ κάππεσον ἄμφω et M 206: μέσῳ δ' ἐνὶ κάββαλ' ὁμίλῳ.

Finem quoque narrationis et carminis Scuti poeta ad Iliadis libri E exemplum fecisse videtur. Nam ut apud Homerum uterque deus in Olympum revertitur, ita etiam hoc carmine legimus Martem a Deimo et Phobo curru suo in Olympum portare et Minervam domum patris petere, cum heroes illi, Hercules et Iolaus armis Cycno exuto Trachinem proficisci pergant.

Praeterea autem alios Homeri locos poeta his ultimis versibus adhibuit. Versibus enim 463—466, quibus Phobum et Deimum Martem vulneratum in Olympum reducere narratur:

τῷ δὲ Φόβος καὶ Δεῖμος εὔτροχον ἅρμα καὶ ἵππους
ἤλασαν αἶψ' ἐγγύς, καὶ ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης
ἐς δίφρον θῆκαν πολυδαίδαλον· αἶψα δ' ἔπειτα
ἵππους μαστιέτην· ἵκοντο δὲ μακρὸν Ὄλυμπον.

Cuius rei exemplum quin Iliadis clarissimus ille

locus fuerit, quo Hypnum et Thanatum Sarpedonem mortuum in Lyciam deducere legimus, Π 681 sqq.:

πέμπε δέ μιν πομποῖσιν ἅμα κραιπνοῖσι φέρεσθαι,
Ὕπνῳ καὶ Θανάτῳ διδυμάοσιν, οἵ ῥά μιν ὦκα
κάτθεσαν ἐν Λυκίης εὐρείης πίονι δήμῳ

dubium mihi non videtur esse.[59] Et Deimus quidem et Phobus ipsi in Iliade quoque occurrunt, sed ibi Martis equi, non ut in Scuto Hesiodeo eius filii sunt: O 119: καί ῥ' ἵππους κέλετο Δεῖμόν τε Φόβον τε ζευγνύμεν. Hunc autem versum Scuti poeta ut antea Hesiodus (Theog. 934) et postea Aristarchus[60] non recte intellexit et perverse interpretatus est.[61]

Verborum imitationes Homeri his versibus hae insunt: versus 463 verba: εὔτροχον ἅρμα καὶ ἵππους ex Iliadis Θ 438 et insequentis versus: ἀπὸ χθονὸς εὐρυοδείης ex Π 635 recepta sunt. Verborum autem versus 465 sq.:

— — — αἶψα δ' ἔπειτα
ἵππους μαστιέτην· ἵκοντο δὲ μακρὸν Ὄλυμπον

exemplum fuit E 868: καρπαλίμως δ' ἵκανε θεῶν ἕδος αἰπὺν Ὄλυμπον, quae verba Scuti auctor mutavit Iliadis verbis Z 514: αἶψα δ' ἔπειτα, Θ 117: μάστιξεν δ' ἵππους, B 48: προσεβήσατο μακρὸν Ὄλυμπον usus.

Deinde insequentibus versibus de Herculis itinere et Minervae reditu dicitur, versu 467 sqq.:

υἱὸς δ' Ἀλκμήνης καὶ κυδάλιμος Ἰόλαος
Κύκνον σκυλεύσαντες ἀπ' ὤμων τεύχεα καλὰ
νίσοντ'· αἶψα δ' ἔπειτα πόλιν Τρηχῖνος ἵκοντο
ἵπποις ὠκυπόδεσσιν. ἀτὰρ γλαυκῶπις Ἀθήνη
ἐξίκετ' Οὔλυμπόν τε μέγαν καὶ δώματα πατρός.

---

59) Cf. Peppmüller, Hesiodos p. 253.
60) Schol. Ven. A ad Iliadis Δ 439.
61) Conferas C. Robert, Studien zur Ilias, p. 352.

His quoque versibus inveniuntur, qui Homeri verba in memoriam reducant; ita ad versus 468 verba pertinet Iliadis O 524 = X 368: ὃ δ' ἀπ' ὤμων τεύχε' ἐσύλα, sed Scuti auctor pro verbo: συλάω adhibuit σκυλεύω, quod apud Homerum frustra quaeris, et substantivo τεύχεα attributum dedit formula illa epica: τεύχεα καλά usus. Formulas epicas ab Homero saepius usurpatas etiam insequentis versus verba: ἵπποις ὠκυπόδεσσιν et ἀτὰρ γλαυκῶπις Ἀθήνη praebent et versus 471 compositus est ex Iliadis A 497: ἀνέβη μ έ γ α ν οὐρανον Οὔλυμπόν τε, Θ 439: Ο ὔ λ υ μ π ό ν δ ε δίωκε, θεῶν δ' ἐξίκετο θώκους, Σ 141: δώματα πατρός.

Ultimis denique carminis versibus poeta narrat Ceycem regem Cycni corpus sepelire, versu 472 sqq.:

Κύκνον δ' αὖ Κῆυξ θάπτεν καὶ λαὸς ἀπείρων,
οἵ ῥ' ἐγγὺς ναῖον πόλιος κλειτοῦ βασιλῆος
["Ανθην Μυρμιδόνων τε πόλιν κλειτήν τ' Ἰαωλκὸν
"Αρνην τ' ἠδ' Ἑλίκην· πολλὸς δ' ἠγείρετο λαός,]
τιμῶντες Κήυκα, φίλον μακάρεσσι θεοῖσιν.
τοῦ δὲ τάφον καὶ σῆμ' ἀιδὲς ποίησεν "Αναυρος
ὄμβρῳ χειμερίῳ πλήθων· τὼς γάρ μιν Ἀπόλλων
Λητοΐδης ἤνωξ', ὅτι ῥα κλειτὰς ἑκατόμβας
ὅς τις ἄγοι Πυθοῖδε βίῃ σύλασκε δοκεύων.

Quorum versuum versus 474 sq. viri docti interpolatori attribuerunt, et certe quidem illi vix genuini erunt, cum ad sententiam non satis quadrent. „Sie enthalten," ut ait Künnethius (II p. 44), „eine Wiederholung der bereits oben v. 380 f. angeführten Städte: dort lässt der Rhapsode mit dichterischer Freiheit das Kampfgetöse bis zu diesen Städten dringen, hier führt sie der Interpolator ungeschickterweise als Nachbarstädte von Trachis an und ergänzt den v. 475 mit den Worten

πολλὸς δ' ἠγείρετο λαός, einer, wie schon Goettling hervorhob, matten und störenden Wiederholung von λαὸς ἀπείρων 472. Auch die durch den Zusatz der beiden Verse veranlasste Verbindung von ναῖον mit ἐγγὺς πόλιος und zugleich mit einem Akkus. dürfte sich sonst nirgends finden."

Eidem autem viro docto assentiri nequeo, cum versum 476 carminis finem fuisse et versus 477—480 postea demum additos esse censeat. Nam his ipsis versibus imitationis vestigia inesse eosque ad certum Homeri locum referri posse putaverim. Sunt qui Scuti auctori in animo fuerunt Iliadis H versus 84 sqq., ad quos iam Heinrichius delegavit:

τὸν δὲ νέκυν ἐπὶ νῆας ἐυσσέλμους ἀποδώσω,
ὄφρα ἑ ταρχύσωσι κάρη κομόωντες Ἀχαιοὶ
σῆμά τέ οἱ χεύωσιν ἐπὶ πλατεῖ Ἑλλησπόντῳ·
καί ποτέ τις εἴπῃσι καὶ ὀψιγόνων ἀνθρώπων
νηὶ πολυκλήιδι πλέων ἐπὶ οἴνοπα πόντον·
'ἀνδρὸς μὲν τόδε σῆμα πάλαι κατατεθνηῶτος,
ὅν ποτ' ἀριστεύοντα κατέκτανε φαίδιμος Ἕκτωρ.'
ὥς ποτέ τις ἐρέει· τὸ δ' ἐμὸν κλέος οὔ ποτ' ὀλεῖται.

Ea re poeta Hesiodeus ab Homero discrepat, quod apud hunc monumentum etiam posteris Hectoris gloriam pronuntiaturum esse dicitur, apud illum Apollo id deleri iubet ut Cycni memoriam exstinguat. Verborum autem his ultimis versibus non cognoscuntur imitationes, quae maioris momenti sint.

Hae sunt similitudines cum Homeri carminibus, quae mihi in hac priore Scuti Herculis Hesiodei parte occurrerunt.

III. De imitatione Homeri in altera Scuti parte.

Iam pergamus ad alteram Scuti Hesiodei partem cum Homeri carminibus comparandam, quae inde a versu 441 usque ad versum 317 descriptionem illam clarissimam scuti Herculis continet. Quae descriptio quin ad exemplum Homeri scuti Achillis facta sit nec veterum nec recentiorum quisquam dubitavit. Haec „imitatio", ut rectissime ait Rankius,[62] „cernitur in eo, quod carmen nostrum descriptio est operis arte facti, non rei gestae enarratio eaque mediae enarrationi ita inserta, ut eam per tempus aliquod ex oculis nostris eripiat; deinde quod ea descriptio humanae artis limites longe supergreditur, quare Vulcanus traditur operis effector fuisse; tum quod reliquorum armorum longe scutum vincit, cui describendo magnus versuum numerus conceditur; postremo quod in usum haec omnia heroum, quibus nihil simile in orbe terrarum fuit, deorumque iussu et suasu facta sunt. Sed maior etiam videbitur similitudo, si ad singulas descriptionis partes transimus. Uterque enim poeta Oceanum in ora scuti posuit; uterque duas urbes finxit, alteram pacis tempore laetissimam florentissimamque, alteram belli calamitatibus oppressam; uterque opera rustica, vinitores, choreas, nuptias, uterque Martem et Minervam, uterque deos et deas praeliorum praesides expressit; uterque navigationem inter hominum negotia praetermisit; uterque omni metallorum ornatu, quorum cognitionem habebat, scutum suum decoravit."

Sed etiamsi recte iudicavissent, qui illas imagines,

62) Hesiodi Scutum ed. Ranke p. 340.

quae scuto Herculis cum Achillis scuto communes sunt, non genuinas et postea demum ab interpolatore Scuto Hesiodeo inculcatas esse sibi visi sint,[63] tamen nobis optimo iure dicere liceret: poetam etiam hanc alteram carminis partem ad Homeri exemplum composuisse. Nam in illis quoque imaginibus, quae similes in Homeri scuto non inveniuntur, tot et tantae cum Homero similitudines et rerum et verborum nobis occurrunt, ut imitationem iis inesse negari non possit. Rectissime igitur viri docti Lehrsii et Deitersii sententiam supra commemoratam non comprobaverunt, cum re vera laudari non possit. In illis enim ipsis imaginibus eandem imitationis rationem adhibitam esse videbimus, qua in priore parte carminis poetam usum esse spero me ostendisse.

Itaque omnibus, quae viri docti de scuti descriptione protulerunt, hoc loco praetermissis ad singulas imagines cum Homero comparandas iam accedamus!

Ut Iliadis poeta Vulcanum, cum Achillis arma facere incipiat, singula metalla igni inicientem fingit, Σ 474 sq.:

χαλκὸν δ' ἐν πυρὶ βάλλεν ἀτειρέα κασσίτερόν τε
καὶ χρυσὸν τιμῆντα καὶ ἄργυρον — — — —,

ita etiam Scuti poeta, priusquam ad ipsas imagines describendas aggreditur, tribus versibus metalla enumerat, quibus scutum Herculis perfectum ornatumque sit, v. 141 sqq.:

πᾶν μὲν γὰρ κύκλῳ τιτάνῳ λευκῷ τ' ἐλέφαντι
ἠλέκτρῳ δ' ὑπολαμπὲς ἔην χρυσῷ τε φαεινῷ
λαμπόμενον, κυάνου δὲ διὰ πτύχες ἠλήλαντο.

63) Lehrs, Populäre Aufsätze aus d. Altertum p. 243 sqq. Deiters, De Hesiodia Scuti Herculis descriptione. Dissert. Bonn 1858 p. 29 sqq.

Hesiodeus autem poeta Homerum superare conatur, cum metallis Homericis non contentus alias quoque materias afferat: τίτανον, ἐλέφαντα, ἤλεκτρον, κύανον, quarum quidem τίτανος, ab Homero nusquam commemoratur. Singula verba suo more ex aliis locis Homericis desumpsit. Ita versus 141 verba: λευκῷ τ' ἐλέφαντι inveniuntur in Iliadis E 583: ἡνία λεύκ' ἐλέφαντι; ad eundem versum et maxime ad insequentem afferri possunt Odysseae ψ 200: δαιδάλλων χρυσῷ τε καὶ ἀργύρῳ ἠδ' ἐλέφαντι et δ 73: χρυσοῦ τ' ἠλέκτρου τε καὶ ἀργύρου ἠδ' ἐλέφαντος; verborum: ἠλέκτρῳ θ' ὑπολαμπὲς ἔην exemplum fuit Σ 492: δαίδων ὕπο λαμπομενάων, adiectivo autem ὑπολαμπής Homerus non utitur. Eiusdem versus verba: χρυσῷ τε φαεινῷ λαμπόμενον reduci possunt ad Homeri M 151: χαλκὸς ἐπὶ στήθεσσι φαεινός et Υ 46: τεύχεσι λαμπόμενον et cum versus 143 verbis: κυάνου δὲ διὰ πτύχες ἠλήλαντο comparare licet Iliadis Υ 269 sq.:

ἀλλὰ δύω μὲν ἔλασσε διὰ πτύχας, αἱ δ' ἄρ' ἔτι τρεῖς
ἦσαν, ἐπεὶ πέντε πτύχας ἤλασε κυλλοποδίων.[64]

Tum ad ipsam scuti descriptionem accedit poeta et, qua imagine medium scutum ornatum sit, enarrat, versu 144 sqq.:

ἐν μέσσῳ δ' ἀδάμαντος ἔην Φόβος οὔτι φατειός,
ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς·
τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων,
δεινῶν ἀπλήτων, ἐπὶ δὲ βλοσυροῖο μετώπου
δεινὴ Ἔρις πεπότητο κορύσσουσα κλόνον ἀνδρῶν,
σχετλίη, ἥ ῥα νόον τε καὶ ἐκ φρένας εἵλετο φωτῶν,

64) Versum 143 Deitersius (l. l. p. 61) spurium esse dixit, cum Peppmüller (Variationen p. 3, Hesiodos p. 280) duas recensiones his versibus extare censuerit; qua in re cum sine dubio viri docti erraverint, rectissime nemo editorum eos secutus est. Cf. quod contra eos protulit Künnethius (l. l. I p. 8 sq.).

οἵτινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷι φέροιεν.
τῶν καὶ ψυχαὶ μὲν χθόνα δύμεναι Ἄιδος εἴσω
αὐτῶν, ὀστέα δέ σφι περὶ ῥινοῖο σαπείσης
Σειρίου ἀζαλέοιο μελαίνῃ πύθεται αἴῃ.

Quod primum ad versum 144 attinet, editores (etiam Rzachius in nova editione) libros secuti scripserunt: ἐν μέσσῳ δὲ δράκοντος ἔην φόβος — — — — — —, sed haec verba haud ita bene ad sententiam quadrare apparet, qua de causa fuerunt viri docti, qui complures recensiones his versibus inesse sibi persuaserint.[65] Omnes autem hae dubitationes ex mea quidem sententia praeciduntur, si cum scholiis Monacensibus legimus: ἐν μέσσῳ δ᾽ ἀδάμαντος ἔην Φόβος οὔτι φατειός. Quam lectionem primo a Godofredo Hermanno[66] propositam et a Rankio[67] postulatam nuper Studniczka[68] observationibus archaeologicis confirmare studuit; quod recte statuisse virum doctissimum alia argumentatione me puto demonstrare posse. Quaerentibus enim, nonne poeta Hesiodeus Homeri certum aliquem locum imitatus sit, in animum veniunt Iliadis illi versus, ubi de Agamemnonis scuto dicitur, Λ 32 sqq.:

ἂν δ᾽ ἕλετ᾽ ἀμφιβρότην πολυδαίδαλον ἀσπίδα θοῦριν,
— — — — - — — — — — — —

---

65) Peppmüller, Variationen p. 3 sqq.; Furtwängler ap. Roscher, Lex. Myth. I, 2. 1703*.

66) G. Hermann, Opusc. VI, p. 197, 208.

67) Ranke, p. 178: „Me iudice ἀδάμαντος praeferendum est et in contexta recipiendum. Nam primum nexus sententiarum fere postulat, ut materia commemoretur, unde prima imago constiterit. Ac totum scutum si ubique et gypso et ebore et electro et auro splendebat, praeclare convenit, quod mediam partem ait alio fuisse colore praeditam aliaque ex materia eaque firmissima factam.“ —

68) Fr. Studniczka, Über den Schild des Herakles, Serta Harteliana 1896, p. 59. sqq.

— — — — — — — — — — — —

35\. — — — ἐν δὲ μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο.
τῇ δ' ἐπὶ μὲν Γοργὼ βλοσυρῶπις ἐστεφάνωτο
δεινὸν δερκομένη, περὶ δὲ Δεῖμός τε Φόβος τε.

Quos versus qui legerit, non puto dubitare posse, quin Scuti poetae fuerint exemplum, quamquam sine mutatione illis versibus non usus est. Versus enim Λ 35: ἐν δὲ μέσοισιν ἔην μέλανος κυάνοιο ita commutavit, ut scriberet: ἐν μέσσῳ δ' ἀδάμαντος ἔην Φόβος οὔτι φατειός; sed ut apud Homerum materia commemorata est, ita verisimillimum est etiam Scuti Hesiodei auctorem materiam, ex qua medium scutum factum sit, enarrasse, ea autem ratione adhibita, ut pro Iliadis: μέλανος κυάνοιο, cum hoc metallum iam antecedente versu inter alia enumeravisset, diceret: ἀδάμαντος, quae vox in Homeri carminibus frustra quaeris.[69] Hac argumentatione confirmatur, quod Rankius et Studniczka postulaverunt ita ut re vera quae scholiis praebetur lectio recipienda sit. Et omnino putaverim totam illam Homeri descriptionem Scuti poetam hoc loco in animo habuisse, sed aliam formidinem paulo mutatam pro Homerica proposuisse, aliis quidem verbis usum, praesertim cum infra ad hos Iliadis versus revertamur.

Cum versibus 145 sq.:

ἔμπαλιν ὄσσοισιν πυρὶ λαμπομένοισι δεδορκώς
τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν πλῆτο στόμα λευκὰ θεόντων

comparari possunt Iliadis Τ 365 sqq.:

τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλε· τὼ δέ οἱ ὄσσε
λαμπέσθην ὡς εἴ τε πυρὸς σέλας — — — —;

69) Conferas Hesiodi Op. et Dies. 147:

— — — ἀλλ' ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν

et Theog. 161:

αἶψα δὲ ποιήσασα γένος πολιοῦ ἀδάμαντος.

quorum versuum Scuti auctor primum ordinem mutavit, deinde alios quoque locos Homericos cum his coniunxit. Ita ad versum 145 afferendi sunt Iliadis Γ 427: ὄσσε πάλιν κλίνασα — vox ἔμπαλιν non est Homerica —, N 474: ὀφθαλμὼ δ' ἄρα οἱ πυρὶ λάμπετον et Odysseae τ 446: πῦρ δ' ὀφθαλμοῖσι δεδορκώς; et ad versum 146 conferas Ψ 777: ἐν δ' ὄνθου βοέου πλῆτο στόμα τε ῥῖνάς τε. Insequentis versus: ἐπὶ δὲ βλοσυροῖο μετώπου iam Rankius ab Homeri Iliadis H 212: μειδιόων βλοσυροῖσι προσώπασι ortum esse cognovit; Scuti autem poeta singularem numerum adhibuit et pro πρόσωπον mutata praepositione scripsit: μέτωπον.

Deinde versu 148: δεινὴ Ἔρις πεπότητο κορύσσουσα κλονὸν ἀνδρῶν poeta aliam imitationis rationem adhibens complures Homeri versus in unum contraxit. Sunt autem, qui ei in animo fuerunt Iliadis Δ 439 sqq.:

ὦρσε τοὺς μὲν Ἄρης, τοὺς δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
Δεῖμός τ' ἠδὲ Φόβος καὶ Ἔ ρ ι ς, ἄμοτον μεμαυῖα,
Ἄρεος ἀνδροφόνοιο κασιγνήτη ἑτάρη τε
ἥ τ' ὀλίγη μὲν πρῶτα κ ο ρ ύ σ σ ε τ α ι, αὐτὰρ ἔπειτα
οὐρανῷ ἐστήριξε κάρη καὶ ἐπὶ χθονὶ βαίνει.
ἥ σφιν καὶ τότε νεῖκος ὁμοίιον ἔμβαλε μέσσῳ
ἐρχομένη καθ' ὅμιλον, ὀφέλλουσα σ τ ό ν ο ν ἀ ν δ ρ ῶ ν;

sed pro versus 445 verbis: στόνον ἀνδρῶν scripsit: κλόνον ἀνδρῶν ad exemplum Iliadis E 167 — Υ 319: καὶ ἀνὰ κλόνον ἐγχειάων. Insequentis versus 149: σχετλίη, ἥ ῥα νόον τε καὶ ἐκ φρένας εἵλετο φωτῶν referri possunt ad Iliadis Σ 311: νήπιοι, ἐκ γάρ σφεων φρένας εἵλετο Παλλὰς Ἀθήνη, et cum versu 150: οἵ τινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷι φέροιεν comparare licet Γ 435: ἀντίβιον πόλεμον πολεμιζέμεν ἠδὲ μάχεσθαι.

Denique quod attinet ad versus 151 sqq. iam Heinrichius delegavit ad clarissimos illos versus, quibus incipit Homeri Ilias, A 3 sqq.:

πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς Ἄϊδι προΐαψεν
ἡρώων, αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν
οἰωνοῖσί τε δαῖτα — — — — — —.

Attamen modo in universum similitudines inter hos duos locos exstare licet statuere, in singulis autem versibus Scuti poeta alia verba Homerica recepit. Ita versus 151 spectat ad H 131: θυμὸν ἀπὸ μελέων δῦναι δόμον Ἄϊδος εἴσω et Z 411: χθόνα δύμεναι, et ad versum 152 sq. afferri possunt Odysseae μ 45 sq.:

πολὺς δ' ἀμφ' ὀστεόφιν θὶς
ἀνδρῶν πυθομένων, περὶ δὲ ῥινοὶ μινύθουσιν,

et α 161 sqq.:

ἀνέρος, οὗ δή που λεύκ' ὀστέα πύθεται ὄμβρῳ
κείμεν' ἐπ' ἠπείρου — — — — — — —

et Iliadis T 27: κατὰ δὲ χρόα πάντα σαπήῃ. sed pro Homeri verbo κατασήπομαι Hesiodeus poeta mutata praepositione περισήπομαι, ab Homero alienum, adhibuit; etiam Scuti verba: μελαίνῃ αἴῃ apud Homerum nusquam invenies, sed saepissime exstat: γαῖα μέλαινα, velut B 699, O 715 et aliis locis.[70]

Novam imaginem, quam voce: ἐν δὲ indicat, poeta describit, versu 154 sqq.

ἐν δὲ προΐωξίς τε παλίωξίς τε τέτυκτο
ἐν δ' ὅμαδός τε φόβος τ' ἀνδροκτασίη τε δεδήει,
ἐν δ' Ἔρις, ἐν δὲ Κυδοιμὸς ἐθύνεον, ἐν δ' ὀλοὴ Κὴρ

70) Rankius (p. 360) delegavit ad hymn. Hom. i. Apoll. Pyth. v. 190 sqq.: — — — — ἀλλά σέ γ' αὐτοῦ
πύσει Γαῖα μέλαινα καὶ ἠλέκτωρ Ὑπερίων
— — — — — — — — — — — — — —
τὴν δ' αὐτοῦ κατέπυσ' ἱερὸν μένος Ἠελίοιο.

ἄλλον ζωὸν ἔχουσα νεούτατον, ἄλλον ἄουτον,
ἄλλον τεθνηῶτα κατὰ μόθον ἕλκε ποδοῖιν.
εἷμα δ' ἔχ' ἀμφ' ὤμοισι δαφοινεὸν αἵματι φωτῶν,
δεινὸν δερκομένη καναχῇσί τε βεβρυχυῖα.

Quorum versuum versus 156—159 sine ulla fere mutatione ex Homeri descriptione scuti Achillis Σ 535—538 assumpti sunt, solum verbum poeta mutavit, cum pro Homeri: ὡμίλεον versu 156 scriberet: ἐθύνεον, cui eadem vis est. Sed in ceteris quoque huius particulae versibus Homeri imitationes non desunt; versus enim 154: παλίωξίς τε τέτυκτο poeta leviter mutata ex Iliadis M 71: παλίωξις δὲ γένηται, verbum autem ex M 471 = Π 296: ὅμαδος δ' ἀλίαστος ἐτύχθη recepit, quibus verbis etiam insequente versu usus est, et huius versus verbum praebuit Υ 18: πόλεμός τε δέδηεν; praeterea eiusdem versus exemplum fuit Odysseae λ 612: ὑσμῖναί τε μάχαι τε φόνοι τ' ἀνδροκτασίαι τε (cf. Iliadis Ω 548: μάχαι τ' ἀνδροκτασίαι τε). Extremus huius imaginis versus 160 ad Agamemnonis scutum nos reducit, ubi Λ 37 illud: δεινὸν δερκομένη de Gorgone dictum est, adhibetur autem Iliadis quoque Φ 385: ἐν δ' ἄλλοισιν θεοῖσιν ἔρις πέσε βεβριθυῖα. Attamen vocem βεβριθυῖα, quamquam optimi codices exhibent, non puto in Scuti Hesiodei contextu recipiendam esse,[71] cum sententiae non satisfiat et verisimile sit poetam suo more Homeris verbis mutatis simili voce usum esse; in libros manuscriptos ut ex Homeri quem attulimus versu inferretur facile fieri potuit.

Ad Homeri Iliadis librum Λ denuo venimus, cum in

---

71) Praeter Heinrichium nemo editorum, quantum ego quidem vidi, eam recepit.

proximam scuti Herculis imaginem inquirimus, versu 161 sqq.:

ἐν δ' ὀφίων κεφαλαὶ δεινῶν ἔσαν, οὔ τι φατειῶν
δώδεκα, ταὶ φοβέεσκον ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων,
οἵ τινες ἀντιβίην πόλεμον Διὸς υἷι φέροιεν·
τῶν καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλεν, εὖτε μάχοιτο
Ἀμφιτρυωνιάδης, τὰ δ' ἐδαίετο θαυματὰ ἔργα.
στίγματα δ' ὣς ἐπέφαντο ἰδεῖν δεινοῖσιν δράκουσιν·
κυάνεοι κατὰ νῶτα, μελάνθησαν δὲ γένεια.

Quorum versuum exemplum fuisse censeo Iliadis Λ 38 sqq.: — — — αὐτὰρ ἐπ' αὐτοῦ
κυάνεος ἐλέλικτο *δράκων*, *κεφαλαὶ* δέ οἱ *ἦσαν*
τρεῖς ἀμφιστρεφέες ἑνὸς αὐχένος ἐκπεφυυῖαι,

quamquam Scuti auctor hanc imaginem ita mutavit, ut pro Homeri uno dracone, cui ex una cervice tria essent capita, duodecim capita serpentum commemoraret. Aliorum autem versuum Homericorum in hac imagine usus est his: versu 162: Odysseae η 307: ἐπὶ χθονὶ φῦλ' ἀνθρώπων (cf. Ξ 361: ἐπὶ κλυτὰ φῦλ' ἀνθρώπων); versu 164: Τ 365: τοῦ καὶ ὀδόντων μὲν καναχὴ πέλε [72]; versu 167: Λ 26: κυάνεοι δὲ δράκοντες et Β 308: δράκων ἐπὶ νῶτα δαφοινός; denique quod ad versum 163 attinet delegari potest ad versum 150. Praeter has non extant similitudines cum Homeri carminibus [73].

Similitudinem non maiorem in insequente imagine invenimus, qua aprorum et leonum pugna describitur: v. 168 sqq.:

ἐν δὲ συῶν ἀγέλαι χλούνων ἔσαν ἠδὲ λεόντων

72) Conferas quae ad v. 145 sqq. diximus.
73) Ad versum 165 annotandum est verba: θαυματὰ ἔργα neque in Iliade neque in Odyssea inveniri, sed extare in hymn. Hom. i. Merc. 80 = 440 et VII, 34.

ἐς σφέας δερκομένων, κοτεόντων θ' ἱεμένων τε.
τῶν καὶ ὁμιληδὸν στίχες ᾖσαν· οὐδέ νυ τώ γε
οὐδέτεροι τρεέτην· φρῖσσόν γε μὲν αὐχένας ἄμφω.
ἤδη γάρ σφιν ἔκειτο μέγας λῖς, ἀμφὶ δὲ κάπροι
δοιοί, ἀπουράμενοι ψυχάς, κατὰ δέ σφι κελαινὸν
αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζ'· οἱ δ' αὐχένας ἐξεριπόντες
κείατο τεθνηῶτες ὑπὸ βλοσυροῖσι λέουσι.
τοὶ δ' ἔτι μᾶλλον ἐγειρέσθην, κοτέοντε μάχεσθαι,
ἀμφότεροι, χλοῦναί τε σύες χαροποί τε λέοντες.

Quam imaginem poeta haud scio an hauserit ex illa comparatione Homeri, ad quam Heinrichius delegavit, Iliadis Π 823 sqq.:

ὡς δ' ὅτε σῦν ἀκάμαντα λέων ἐβιήσετο χάρμῃ,
ὥ τ' ὄρεος κορυφῇσι μέγα φρονέοντε μάχεσθον
πίδακος ἀμφ' ὀλίγης· ἐθέλουσι δὲ πιέμεν ἄμφω·
πολλὰ δέ τ' ἀσθμαίνοντα λέων ἐδάμασσε βίηφιν
ὡς πολέας κτλ.

Ad singulos autem versus afferri possunt:

ad v. 168: Λ 696: ἀγέλην τε βοῶν καὶ πῶυ μέγ' οἰῶν et Ι 539: ὦρσε ἔπι, χλούνην σῦν ἄγριον ἀργιόδοντα;

ad v. 169: Γ 345: ἀλλήλοισιν κοτέοντε et Ο 450 = Ρ 292: ἱεμένων περ;

ad v. 170: Ο 277 = Ρ 730: ὁμιλαδὸν αἰὲν ἕποντο et Ρ 107: τόφρα δ' ἐπὶ Τρώων στίχες ἤλυθον;

ad v. 171: Ν 473: φρίσσει δέ τε νῶτον ὕπερθεν,

Versus 173 sq.: κατὰ δέ σφι κελαινὸν αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζ' exemplum fuit Iliadis Λ 829 = 845: ἀπ' αὐτοῦ δ' αἷμα κελαινὸν νίζ' ὕδατι λιαρῷ. quibus cum verbis coniunxit poeta Odysseae η 107: ἀπολείβεται ὑγρὸν ἔλαιον. quo uno loco Homerico verbum: ἀπολείβεσθαι extat, et Iliadis Π 459: αἱματοέσσας ψιάδας κατέχευεν ἔραζε. Insequentis versus ὑπὸ βλοσυροῖσι λέουσι spectat ad Ο 608:

βλοσυρῇσι ὑπ' ὀφρύσιν;[74] cum versu 176 denuo comparari potest Γ 345: ἀλλήλοισιν κοτέοντε, et versus 177 verbis leviter mutatis ex λ 611: ἄρκτοι τ' ἀγρότεροί τε σύες χαροποί τε λέοντες desumptus est.

Nova imagine a versu 178 incipiente poeta Lapitharum et Centaurorum pugnam describit:

ἐν δ' ἦν ὑσμίνη Λαπιθάων αἰχμητάων
Καινέα τ' ἀμφὶ ἄνακτα Δρύαντά τε Πειρίθοόν τε
Ὁπλέα τ' Ἐξάδιόν τε Φάληρόν τε Πρόλοχόν τε
Μόψον τ' Ἀμπυκίδην, Τιταρήσιον, ὄζον Ἄρηος,
Θησέα τ' Αἰγεΐδην, ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν·
ἀργύρεοι, χρύσεια περὶ χροῒ τεύχε' ἔχοντες.
Κένταυροι δ' ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἠγερέθοντο
ἀμφὶ μέγαν Πετραῖον ἰδ' Ἄσβολον οἰωνιστὴν
Ἄρκτον τ' Οὔρειόν τε μελαγχαίτην τε Μίμαντα
καὶ δύο Πευκεΐδας, Περιμήδεά τε Δρύαλόν τε,
ἀργύρεοι, χρυσέας ἐλάτας ἐν χερσὶν ἔχοντες.
καί τε συναΐγδην ὡς εἰ ζωοί περ ἐόντες
ἔγχεσιν ἠδ' ἐλάτῃς αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο.

Quos versus qui legerit dubitare non potest, quin in animo habuerit poeta clarissimum illum Homeri locum, A 262 sqq.:

οὐ γάρ πω τοίους ἴδον ἀνέρας οὐδὲ ἴδωμαι,
οἷον Πειρίθοόν τε Δρύαντά τε, ποιμένα λαῶν
Καινέα τ' Ἐξάδιόν τε καὶ ἀντίθεον Πολύφημον
Θησέα τ' Αἰγεΐδην, ἐπιείκελον ἀθανάτοισιν.

---

74) Cf. ad v. 147. — Hoc versu 175 Rzachius in editione anni 1902 scripsit: ὑπὸ βλοσυροῖο λέοντος, quod Peppmüller (Variationen p. 6) proposuerat: sed ego cum Künnethio (l. l. I. p. 14 a. 2) hanc coniecturam vix esse necessariam neque esse putaverim, cur a lectione librorum, qui omnes consentiunt, recedamus.

κάρτιστοι μὲν ἔσαν καὶ καρτίστοισι μάχοντο
Φηρσὶν ὀρεσκῴοισι καὶ ἐκπάγλως ἀπόλεσσαν.

Iniuria autem Eduardus Meyer [75] poetam Hesiodeum Iliade usum esse ea de causa negavit, quod enarratio nominum alia esset. Haec ipsa enim discrepantia imitatorem significat et maxime Scuti auctorem, quem numquam fere integra verba Homerica assumpsisse saepissime vidimus. Hoc autem loco, quod Homerum superare studuit, etiam Centaurorum nomina enumerat, quae in Iliade desunt. Eidem viro summo assentiri nequeo, cum putet versum illum, quo Theseus commemoretur, et in Iliadem et in Scutum Hesiodeum quendam χαριζόμενον τοῖς Ἀθηναίοις postea demum inseruisse.[76] Gravissimis enim argumentis Joannes Toepffer [77] demostravit Theseum primo omnino non heroem Atheniensem fuisse, sed in Lapithis Thessaliis ducendum esse. Rectissime etiam Carolus Robert [78] monuit in amphora illa clarissima Clitiae et Ergotimi, quam dicere solemus „Françoisvase", cuius pictor ex Scuto Hesiodeo Lapitharum et Centaurorum nomina hausisset, cum ceteris Lapithis Theseum quoque enumerari. Denique quod attinet ad symmetriam enarrationis, qua Ed. Meyer sententiam suam confirmari vult, mihi dubium

---

75) Ed. Meyer, Homerische Parerga, Hermes XXVII (1892) p. 374 sqq.

76) Sententiam eorum qui ex Scuto Hesiodeo hunc versum in Iliadem translatum esse dixerunt, ut Wolfius (Prolegom.⁵ p. 20) et Lehrsius (De Aristarchi stud. Hom.³ p. 445 n. 282) iam nemo sequetur, nam postquam tot verba ex Homeri carminibus deprompta inter Scuti versus invenimus, mirum esset hunc unum versum ex Scuto in Iliadem esse receptum.

77) Joh. Toepffer, 'Aus der Anomia' archaeol. Beiträge, Carl Robert gewidmet 1890 p. 30 sqq. = Beiträge zur griechischen Altertumswissenschaft 1897 p. 148 sqq.

78) apud Meyerum, l. l. p. 375 annotatione.

videtur esse, an re vera Scuti poeta tam diligenter hanc rationem observaverit. Nam et id quidem quod Deitersius, cui Künnethius assentitur, proposuit,[79] non versum 182, sed 181: Μόψον τ' Ἀμπυκίδην, Τιταρήσιον, ὄζον Ἄρηος reiciendum esse, quia Mopsus „in Argonautarum numero saepius proferatur, in Lapitharum nomina haud inveniatur," mihi non probatur, praesertim cum intellegi non possit, quomodo postea hunc versum in contextum venerit, et praeterea saepius fit, ut nomen herois ex altera in alteram fabulam transferatur. Eadem autem de causa Deitersio assentiri non possum cum dicat: in Μίμαντα, qui inter Gigantum, non inter Centaurorum nomina inveniatur, „aliud nomen latere nobis pro certo haud definiendum", et rectissime puto statuisse Tümpelium[80] Mimantem primo Centaurum fuisse et ex hoc Centauro omnes alias personas heroicas, quibus idem nomen sit, deductas esse. Denique quod Deitersius epitheto: μελαγχαίτης, quo Mimas ornatur, ut in Clitiae amphora hoc quoque loco nomen proprium putat significari, haec sententia iam ea de causa teneri non potest, quod particula copulativa deest.

Sed haec hactenus; iam de singulis imitationis vestigiis videamus! Nam etiam his versibus praeter Iliadis versus supra allatos alii Homeri versus aut versuum partes poetae in animo fuerunt. Ita ad versum 178 afferri potest Iliadis M 128: υἷας ὑπερθύμους Λαπιθάων αἰχμητάων.

Insequentis versus: Καινέα τ' ἀμφὶ ἄνακτα κτλ. et omnino totius nominum enarrationis exemplum Heinrichius rectissime vidit in clarissima illa enumeratione

79) Deiters, l. l. p. 15 sq.; Künneth, l. l. I p. 15.
80) Tümpel, Mimas, ap. Roscher, Lex. Myth. II. 2. 2974 sq.

heroum Troianorum quae est in Iliadis quod dicitur Τειχοσκοπία, carmine: Γ 146 sqq.:

οἳ δ' ἀμφὶ Πρίαμον καὶ Πάνθοον ἠδὲ Θυμοίτην
Λάμπον τε Κλυτίον θ' Ἱκετάονά τ' ὄζον Ἄρηος,
Οὐκαλέγων τε καὶ Ἀντήνωρ, πεπνυμένω ἄμφω
ἥατο δημογέροντες ἐπὶ Σκαιῇσι πύλῃσι.

Verba autem Γ 147: ὄζον Ἄρηος poeta Hesiodeus versu 181 adhibuit. Ad versum 183 afferri possunt: Iliadis H 207: πάντα περὶ χροῒ ἕσσατο τεύχεα et Odysseae π 210: καλὰ περὶ χροῒ εἵματ' ἔχοντι, et insequens versus 184: Κένταυροι δ' ἑτέρωθεν ἐναντίοι ἠγερέθοντο compositus est ex Υ 164: Πηλεΐδης δ' ἑτέρωθεν ἐναντίον ὦρτο et Ψ 233: ἀολλέες ἠγερέθοντο.

Centaurorum quoque enumerationis, quamquam nominum apud Homerum nullum invenitur, exemplum extare duobus Iliadis locis nemo negabit, quorum alterius prima, alterius ultima verba Scuti poeta ad versum 185 contraxit. Sunt autem versus Δ 295 sq.:

ἀμφὶ μέγαν Πελάγοντα Ἀλάστορά τε Χρομίον τε
Αἵμονά τε κρείοντα Βίαντά τε, ποιμένα λαῶν,

et P 215 sqq.: ὤτρυνεν δὲ ἕκαστον ἐποιχόμενος ἐπέεσσιν.

Μέσθλην τε Γλαῦκόν τε Μέδοντά τε Θερσίλοχόν τε
Ἀστεροπαῖόν τε Δεισήνορά θ' Ἱππόθοόν τε
Φόρκυν τε Χρομίον τε καὶ Ἔννομον οἰωνιστήν.

Singula huius imaginis verba ad certos Homeri versus referre non audeo, cum quae insunt similitudines ad communem sermonis epici usum pertineant neque opus sit putare Homeri aliquem locum Scuti auctorem in animo habuisse. Solum ad versum 190: αὐτοσχεδὸν ὠριγνῶντο afferam Iliadis N 496: οἳ δ' ἀμφ' Ἀλκαθόῳ αὐτοσχεδὸν ὁρμήθησαν, ubi poeta Hesiodeus verba Homerica mutavit, suo more alio verbo eadem vi adhibito.

A versu 191 nova imago[81] exorditur, qua Martem et Minervam poeta commemorat:

ἐν δ' Ἄρεος βλοσυροῖο ποδώκεες ἕστασαν ἵπποι
χρύσεοι, ἐν δὲ καὶ αὐτὸς ἐναρσφόρος οὔλιος Ἄρης
αἰχμὴν ἐν χείρεσσιν ἔχων, πρυλέεσσι κελεύων,
αἵματι φοινικόεις, ὡς εἰ ζωοὺς ἐναρίζων
δίφρου ἐμβεβαώς· παρὰ δὲ Δεῖμός τε Φόβος τε
ἕστασαν ἱέμενοι πόλεμον καταδύμεναι ἀνδρῶν.
ἐν δὲ Διὸς θυγάτηρ ἀγελείη Τριτογένεια,
τῇ ἰκέλη ὡς εἴ τε μαχὴν ἐθέλουσα κορύσσειν.
ἔγχος ἔχουσ' ἐν χερσὶν ἰδὲ χρυσέην τρυφάλειαν
αἰγίδα τ' ἀμφ' ὤμοις· ἐπὶ δ' ᾤχετο φύλοπιν αἰνήν.

Cuius imaginis exemplum extat in Homeri descriptione scuti Achillis, ubi, cum de urbe obsessa dicatur, legitur: Σ 516 sqq.:

ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης καὶ Παλλὰς Ἀθήνη
ἄμφω χρυσείω, χρύσεια δὲ εἵματα ἕσθην,
καλὼ καὶ μεγάλω σὺν τεύχεσσιν ὥς τε θεώ περ
ἀμφὶς ἀριζήλω· λαοὶ δ' ὑπ' ὀλίζονες ἦσαν,

sed etiam aliis versibus Homericis quin usus sit Scuti poeta nemo dubitabit. Ad versum 191 enim spectat Homeri Ψ 376: ποδώκεες ἔκφερον ἵπποι[82] et versus 193 exemplum fuit Iliadis O 311: τὴν ἄρ' ὅ γ' ἐν χείρεσσιν ἔχων ἡγήσατο λαῶν, sed Scuti auctor pro Homeri: ἡγήσατο λαῶν scripsit: πρυλέεσσι κελεύων, Iliadis Φ 90: πρυλέεσσι δάμασσας et Υ 52: Τρώεσσι κελεύων imitatus. Cum versu 194 comparari potest Ψ 717: αἵματι φοινι-

81) Novam imaginem exordiri Künnethio (I p. 16 sq.) assentior contra Studniczkam (p. 77 sq.), qui alios secutus deos ad antecedentem pugnam pertinere putat. De hac re conferas, quae uterque vir doctus protulit.

82) De versus 192: οὔλιος Ἄρης conferas quae diximus ad v. 441.

κόεσσαι et Φ 224: ὑπερφιάλους ἐναρίζων; insequens versus compositus est ex I 582: οὐδοῦ ἐπεμβεβαώς et Λ 37: περὶ δὲ Δεῖμός τε Φόβος τε, versus 196 exemplum habet in Γ 241: οὐκ ἐθέλουσι μάχην καταδύμεναι ἀνδρῶν, quorum verborum poeta vocem μάχην in: πόλεμον mutavit. Simili ratione versu insequente Iliadis Δ 515 adhibuit: Διὸς θυγάτηρ κυδίστη Τριτογένεια, sed pro adiectivo: κυδίστη scripsit: ἀγελείη, quod Δ 128 invenitur: Διὸς θυγάτηρ ἀγελείη. Ad versus 198 verba: τῇ ἰκέλη pertinet Iliadis Π 11: τῇ ἴκελος et cum eiusdem versus: μάχην ἐθέλουσα κορύσσειν comparare licet Iliadis Β 273: πόλεμόν τε κορύσσων, etiam hoc loco ut versu 196 substantivis μάχη et πόλεμος mutatis. Denique ad versum 199 afferri possunt: Odysseae ο 124: πέπλον ἔχουσ' ἐν χερσίν (cf. Δ 533 = I 86: δόλιχ' ἔγχεα χερσὶν ἔχοντες) et Iliadis Κ 76: φαεινή τε τρυφάλεια, et ad versum 200: Iliadis Σ 203 sq.: ἀ μ φ ὶ δ' Ἀθήνη ὤ μ ο ι ς ἰφθίμοισι β ά λ' α ἰ γ ί δ α θυσανόεσσαν et Ε 496: ἔγειρε δὲ φύλοπιν αἰνήν.

„Sequuntur", ut ait Rankius, „Apollo et Musae, cithara et voce canentes in consessu deorum splendidissimo", versu 201 sqq.:

ἐν δ' ἦν ἀθανάτων ἱερὸς χορός· ἐν δ' ἄρα μέσσῳ
ἱμερόεν κιθάριζε Διὸς καὶ Λητόος υἱὸς
χρυσείῃ φόρμιγγι· θεῶν δ' ἕδος ἁγνὸς Ὄλυμπος·
ἐν δ' ἀγορή, περὶ δ' ὄλβος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο
ἀθανάτων ἐν ἀγῶνι· θεαὶ δ' ἐξῆρχον ἀοιδῆς
Μοῦσαι Πιερίδες, λιγὺ μελπομένῃς εἰκυῖαι.

Qui versus nobis in memoriam revocant Iliadis versus Α 601 sqq.:

ὣς τότε μὲν πρόπαν ἦμαρ ἐς ἠέλιον καταδύντα
δαίνυντ', οὐδέ τι θυμὸς ἐδεύετο δαιτὸς ἐίσης,

οὐ μὲν φόρμιγγος περικαλλέος, ἣν ἔχ᾽ Ἀπόλλων,
Μουσάων θ᾽, αἳ ἄειδον ἀμειβόμεναι ὀπὶ καλῇ.

Etsi hic Iliadis locus in universum exemplum poetae Hesiodei fuit, tamen quod ad singulos versus attinet, eum praeterea multis aliis versibus Homericis usum esse apparet. Verba enim versus 201 sqq.:

— — — — — ἐν δ᾽ ἄρα μέσσῳ
ἱμερόεν κιθάριζε Διὸς καὶ Λητόος υἱὸς
χρυσείῃ φόρμιγγι·

assumpsit poeta ex Achillis scuti descriptione: Σ 569 sq.:

τοῖσιν δ᾽ ἐν μέσσοισιν πάις φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε — — — — —,

quibus cum verbis coniunxit: Α 9: Λητοῦς καὶ Διὸς υἱός, sed suo more verborum ordinem invertit et substantivum φόρμιγξ alio adiectivo ornavit; versus 203 autem extrema verba: θεῶν δ᾽ ἕδος ἁγνὸς Ὄλυμπος ex Iliadis Ε 367 = 868: θεῶν ἕδος, αἰπὺν Ὄλυμπον, denuo alio adiectivo adhibito. Versus 204 exemplum extat in Odysseae κ 195: νῆσον, τὴν πέρι πόντος ἀπείριτος ἐστεφάνωται, et praeterea ad hunc versum et ad prima verba insequentis afferi potest: Iliadis Θ 2: Ζεὺς δὲ θεῶν ἀγορὴν ποιήσατο et Σ 376: ὄφρα οἱ αὐτόματοι θεῖον δυσαίατ᾽ ἀγῶνα et Ο 428 = Π 500 = Τ 42: νεῶν ἐν ἀγῶνι. Ad versus 205 verba: θεαὶ δ᾽ ἐξῆρχον ἀοιδῆς pertinet Homeri Σ 51: Θέτις δ᾽ ἐξῆρχε γόοιο et Β 595: παῦσαν ἀοιδῆς.[83]

83) Inveniuntur in hac imagine multae similitudines cum hymnis qui dicuntur Homerici, quae praetermittere non licet. Ita afferendum est:
ad v. 201: hymn. i. Ven. 261:

μετ᾽ ἀθανάτοισιν καλὸν χορὸν ἐρρώσαντο.

ad v. 202: hymn. i. Merc. 243 = 321: Διὸς καὶ Λητοῦς υἱός.
ad v. 203: hymn. i. Apoll. Pyth. 336 sq.:

ἦρχε δ᾽ ἄρα σφιν ἄναξ Διὸς υἱὸς Ἀπόλλων
φόρμιγγ᾽ ἐν χείρεσσιν ἔχων, ἐρατὸν κιθαρίζων

Deinde portus maris describitur piscibus et delphinis repletus, et in ripa piscator, qui rete proicit, versu 207 sqq.:

ἐν δὲ λιμὴν εὔορμος ἀμαιμακέτοιο θαλάσσης
κυκλοτερὴς ἐτέτυκτο πανέφθου κασσιτέροιο
κλυζομένῳ ἴκελος· πολλοί γε μὲν ἂμ μέσον αὐτοῦ
δελφῖνες τῇ καὶ τῇ ἐθύνεον ἰχθυάοντες
νηχομένοις ἴκελοι· δοιοὶ δ' ἀναφυσιόωντες
ἀργύρεοι δελφῖνες ἐθοινῶντ' ἔλλοπας ἰχθῦς.
τῶν δ' ὕπο χάλκειοι τρέον ἰχθύες· αὐτὰρ ἐπ' ἀκταῖς
ἧστο ἀνὴρ ἁλιεὺς δεδοκημένος· εἶχε δὲ χερσὶν
ἰχθύσιν ἀμφίβληστρον ἀπορρίψοντι ἐοικώς·

Primae huius imaginis partis exemplum invenitur in Iliadis Φ 22 sqq.:

ὡς δ' ὑπὸ δελφῖνος μεγακήτεος ἰχθύες ἄλλοι
φεύγοντες πιμπλᾶσι μυχοὺς λιμένος εὐόρμου,
δειδιότες· μάλα γάρ τε κατεσθίει ὅν κε λάβῃσιν;

praeterea autem versus 207 in mentem reducit Odysseae δ 358 sq.:

et ibidem v. 4 sq.:

εἶσι δὲ φορμίζων Λητοῦς ἐρικυδέος υἱὸς
φόρμιγγι γλαφυρῇ πρὸς Πυθὼ πετρήεσσαν.

ad v. 204: hymn. i. Ven. 119 sq.:

πολλαὶ δὲ νύμφαι καὶ παρθένοι ἀλφεσίβοιαι
παίζομεν, ἀμφὶ δ' ὅμιλος ἀπείριτος ἐστεφάνωτο

et hymn. i. Cer. 92:

νοσφισθεῖσα θεῶν ἀγορὴν καὶ μακρὸν Ὄλυμπον. —

Fuerunt viri docti, qui hos Scuti versus ad sententiam non satis quadrare sibi visi sint, qua de causa alii (Rzachius in editione; Studniczka p. 79 sq.) verba: θεῶν ἕδος usque ad: ἀθανάτων ἐν ἀγῶνι ab interpolatore postea inculcata esse putabant, alii (Peppmüller Variationen p. 7 sq.) duas recensiones extare censebant. Ego autem non video, qua in re illi viri docti offenderint et Künnethio (l. l. I p. 17 sq.) plane assentior, cum versus 201 — 206 integros servandos esse dicat, et eo magis genuinos eos esse putaverim, quod ex omnibus plane eadem imitationis Homeri ratio cognoscitur quae optime convenit cum Scuti auctore.

ἒν δὲ λιμὴν εὔορμος, ὅθεν τ' ἄπο νῆας εἴσας
ἐς πόντον βάλλουσιν ἀφυσσάμενοι μέλαν ὕδωρ,

et ad versum 208 pertinet: Σ 613: τεῦξε δέ οἱ κνημῖδας ἑανοῦ κασσιτέροιο, ubi Scuti auctor pro adiectivo: ἑανός adhibuit: πανέφθος, quod apud Homerum nusquam occurrit, et pro: τεῦξε alio tempore usus scripsit: ἐτέτυκτο. Ad versus insequentes afferri potest: ad v. 210: Odysseae δ 368: αἰεὶ γὰρ περὶ νῆσον ἀλώμενοι ἰχθυάεσκον; ad v. 211: Iliadis Δ 227: καὶ τοὺς [sc. ἵππους] μὲν θεράπων ἀπάνευθ' ἔχε φυσιόωντας et Π 506: ἵππους φυσιόωντας, compositum autem ἀναφυσιάω ab Homero non usurpatur.

Maiores similitudines invenimus in extremis huius imaginis versibus 213 sqq., qui exemplum habent in Iliadis Π 406 sqq.:

ἕλκε δὲ δουρὸς ἑλὼν ὑπὲρ ἄντυγος, ὡς ὅτε τις φὼς
πέτρῃ ἔπι προβλῆτι καθήμενος ἱερὸν ἰχθὺν
ἐκ πόντοιο θύραζε λίνῳ καὶ ἤνοπι χαλκῷ,

et in Odysseae μ 251 sqq.:

ὡς δ' ὅτ' ἐπὶ προβόλῳ ἁλιεὺς περιμήκεϊ ῥάβδῳ
ἰχθύσιν· τοῖς ὀλίγοισι δόλον κατὰ εἴδατα βάλλων
ἐς πόντον προΐησι κτλ.

sed praeterea comparare licet Odysseae ε 151: τὸν δ' ἄρ' ἐπ' ἀκτῆς εὗρε καθήμενον et Iliadis Ο 730: ἔνθ' ἄρ' ὅ γ' ἑστήκει δεδοκημένος.

Proxima imagine Perseus describitur, quem Gorgones persequuntur, versu 216 sqq.:

ἐν δ' ἦν ἠυκόμου Δανάης τέκος, ἱππότα Περσεύς,
οὔτ' ἄρ' ἐπιψαύων σάκεος ποσὶν οὔθ' ἑκὰς αὐτοῦ,
θαῦμα μέγα φράσσασθ', ἐπεὶ οὐδαμῇ ἐστήρικτο.
τὼς γάρ μιν παλάμαις τεῦξεν κλυτὸς Ἀμφιγυήεις
χρύσεον· ἀμφὶ δὲ ποσσὶν ἔχεν πτερόεντα πέδιλα.
ὤμοισιν δέ μιν ἀμφὶ μελάνδετον ἄορ ἔκειτο·

χαλκέου ἐκ τελαμῶνος· ὁ δ' ὥς τε νόημ' ἐποτᾶτο·
πᾶν δὲ μετάφρενον εἶχε κάρη δεινοῖο πελώρου,
Γοργοῦς· ἀμφὶ δέ μιν κίβισις θέε, θαῦμα ἰδέσθαι,
ἀργυρέη· θύσανοι δὲ κατηωρεῦντο φαεινοὶ
χρύσειοι· δεινὴ δὲ περὶ κροτάφοισι ἄνακτος
κεῖτ' Ἄιδος κυνέη νυκτὸς ζόφον αἰνὸν ἔχουσα.
αὐτὸς δὲ σπεύδοντι καὶ ἐρρίγοντι ἐοικὼς
Περσεὺς Δαναΐδης ἐτιταίνετο. ταὶ δὲ μετ' αὐτὸν
Γοργόνες ἄπλητοί τε καὶ οὐ φαταὶ ἐρρώοντο
ἱέμεναι μαπέειν. ἐπὶ δὲ χλωροῦ ἀδάμαντος
βαινουσέων ἰάχεσκε σάκος μεγάλῳ ὀρυμαγδῷ
ὀξέα καὶ λιγέως· ἐπὶ δὲ ζώνῃσι δράκον τε
δοιὼ ἀπῃωρεῦντ' ἐπικυρτώοντε κάρηνα.
λίχμαζον δ' ἄρα τώ γε· μένει δ' ἐχάρασσον ὀδόντας
ἄγρια δερκομένω· ἐπὶ δὲ δεινοῖσι καρήνοις
Γοργείοις ἐδονεῖτο μέγας φόβος.

Quam ad universam imaginem quod attinet, quamquam neque in scuti Achillis descriptione neque ullo alio Homeri loco versus inveniuntur, qui Scuti poetae exemplum fuisse potuerint, tamen in singulis versibus similitudines cum Homeri carminibus extare, nemo negabit. Quae similitudines ad singulos versus iam afferantur: ad v. 216: Ξ 319 sq.: Δανάης καλλισφύρου Ἀκρισιώνης | ἣ τέκε Περσῆα, sed verborum ordinem poeta ex Α 202: αἰγιόχοιο Διὸς τέκος assumpsit et epitheton Danaae ex Δ 512 = Π 860: Θέτιδος πάϊς ἠυκόμοιο recepit, vox ἱππότα autem, qua Perseus ornatur, in Iliade compluribus herobus tribuitur.

ad v. 218: Ν 99: μέγα θαῦμα τόδ' ὀφθαλμοῖσιν ὁρῶμαι.[84]

84) Conferas hymn. Hom. i. Apoll. Pyth. 237: φράσσασθαι μέγα θαῦμα καὶ ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι.

ad v. 219: Σ 614: κλυτὸς ἀμφιγυήεις.

ad v. 220: B 44 = K 22 (et saepius): ποσσὶ δ' ὑπὸ λιπαροῖσιν ἐδήσατο καλὰ πέδιλα et Odysseae ν 225: ποσσὶ δ' ὕπο λιπαροῖσι πέδιλ' ἔχε et ξ 23: ἀμφὶ πόδεσσιν ἑοῖς ἀράρισκε πέδιλα, conferas etiam Homeri: ἔπεα πτερόεντα et πτερόεντες ὀιστοί; πτερόεντα πέδιλα apud Homerum non inveniuntur.

ad v. 221: O 713: φάσγανα καλὰ μελάνδετα κωπήεντα, quo uno loco Homerico adiectivum: μελάνδετος occurrit.

ad v. 222: Σ 598: ἐξ ἀργυρέων τελαμώνων et Odysseae η 36: ὡς εἰ πτερὸν ἠὲ νόημα[85] et fortasse exemplum fuit Iliadis O 80 sqq.:

ὡς δ' ὅτ' ἂν αΐξῃ νόος ἀνέρος, ὃς — — —
— — — — — — — — — — — —

83. ὣς κραιπνῶς μεμαυῖα διέπτατο πότνια Ἥρη;

ad v. 223: E 741: Γοργείη κεφαλὴ δεινοῖο πελώρου, ubi Scuti poeta pro substantivo: κεφαλή aliam eadem vi: κάρη adhibuit.

ad v. 224: formula illa epica: θαῦμα ἰδέσθαι, quae ab Homero quoque saepius usurpatur, velut E 725.

Insequentium versuum 225 sqq.: exemplum extat in Iliadis B 446 sqq.:

— — — — μετὰ δὲ γλαυκῶπις Ἀθήνη
αἰγίδ' ἔχουσ' ἐρίτιμον, ἀγήραον ἀθανάτην τε·
τῆς ἑκατὸν θύσανοι παγχρύσεοι ἠερέθονται,
πάντες ἐϋπλεκέες, ἑκατόμβοιος δὲ ἕκαστος.

praeterea autem spectat ad v. 226: Π 104: δεινὴν δὲ περὶ κροτάφοισι φαεινή et ad v. 227: E 845: δῦν' Ἄιδος κυνέην, et O 191: Ἀίδης δ' ἔλαχεν ζόφον ἠερόεντα. Ad versum 229 comparare licet: X 23: ὅς ῥά τε ῥεῖα θέῃσι

85) Conferas hymn. Hom. i. Apoll. Pyth. 8 sq.:
ὥστε νόημα | εἶσι Διὸς πρὸς δῶμα.

τιταινόμενος πεδίοιο; ad v. 232: Φ 256: ὃ δ' ὄπισθε ῥέων ἕπετο μεγάλῳ ὀρυμαγδῷ; ad v. 233: Β 222: ὀξέα κεκληγώς et Γ 214: ἀλλὰ μάλα λιγέως; ad v. 236: Ψ 815: δεινὸν δερκομένω.

Imagines insequentes ab antecedentibus ea re differunt, quod neque ab initio versuum neque verbis: ἐν δ' ἦν exordiuntur et omnes fere exemplum habent in Homeri descriptione scuti Achillis, quamquam non potest dubium esse, quin etiam in his imaginibus praeter librum Σ alii loci Homerici poetae in animo fuerint.

In prima huius seriei imagine poeta urbem obsessam describit et pugnam ab incolis cum hostibus oppugnantibus commissam, cui pugnae Κῆρες et Parcae et Ἀχλύς intersunt. Legimus autem a versu 237:

οἳ δ' ὑπὲρ αὐτέων
ἄνδρες ἐμαρνάσθην πολεμήια τεύχε' ἔχοντες,
τοὶ μὲν ὑπὲρ σφετέρης πόλιος σφετέρων τε τοκήων
λοιγὸν ἀμύνοντες, τοὶ δὲ πραθέειν μεμαῶτες.
πολλοὶ μὲν κείατο, πλέονες δ' ἔτι δῆριν ἔχοντες
μάρνανθ'· αἱ δὲ γυναῖκες ἐυδμήτων ἐπὶ πύργων
χαλκέων ὀξὺ βόων, κατὰ δ' ἐδρύπτοντο παρειάς,
ζωῇσιν ἴκελαι, ἔργα κλυτοῦ Ἡφαίστοιο.
ἄνδρες δ', οἳ πρεσβῆες ἔσαν γῆράς τε μέμαρπεν
ἀθρόοι ἔκτοσθεν πυλέων ἔσαν, ἂν δὲ θεοῖσιν
χεῖρας ἔχον μακάρεσσι, περὶ σφετέροισι τέκεσσι
δειδιότες· τοὶ δ' αὖτε μάχην ἔχον· αἳ δὲ μετ' αὐτοὺς
Κῆρες κυάνεαι, λευκοὺς ἀραβεῦσαι ὀδόντας,
δεινωπαὶ βλοσυραί τε δαφοιναί τ' ἄπληταί τε
δῆριν ἔχον περὶ πιπτόντων· πᾶσαι δ' ἄρ' ἵεντο
αἷμα μέλαν πιέειν· ὃν δὲ πρῶτον μεμάποιεν
κείμενον ἢ πίπτοντα νεούτατον, ἀμφὶ μὲν αὐτῷ

βάλλ' ὄνυχας μεγάλους, ψυχὴ δ' Ἀιδόσδε κατῆεν
Τάρταρον ἐς κρυόενθ'. αἳ δὲ φρένας εὖτ' ἀρέσαντο
αἵματος ἀνδρομέου, τὸν μὲν ῥίπτασκον ὀπίσσω,
ἂψ δ' ὅμαδον καὶ μῶλον ἐθύνεον αὖτις ἰοῦσαι.
Κλωθὼ καὶ Λάχεσίς σφιν ἐφέστασαν· ἣ μὲν ὑφήσσων
Ἄτροπος οὔ τι πέλεν μεγάλη θεός, ἀλλ' ἄρα ἥ γε
τῶν γε μὲν ἀλλάων προφερής τ' ἦν πρεσβυτάτη τε.
πᾶσαι δ' ἀμφ' ἑνὶ φωτὶ μάχην δριμεῖαν ἔθεντο.
δεινὰ δ' ἐς ἀλλήλας δράκον ὄμμασι θυμήνασαι.
ἐν δ' ὄνυχας χεῖράς τε θρασείας ἰσώσαντο.
πὰρ δ' Ἀχλὺς εἱστήκει ἐπισμυγερή τε καὶ αἰνή,
χλωρὴ ἀυσταλέη λιμῷ καταπεπτηυῖα.
γουνοπαχής, μακροὶ δ' ὄνυχες χείρεσσιν ὑπῆσαν.
τῆς ἐκ μὲν ῥινῶν μύξαι ῥέον, ἐκ δὲ παρειῶν
αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζ'· ἣ δ' ἄπλητον σεσαρυῖα
εἱστήκει, πολλὴ δὲ κόνις κατενήνοθεν ὤμους,
δάκρυσι μυδαλέη.

Hanc imaginem et insequentem quin poeta ad Homeri scuti Achillis exemplum composuerit, nemo umquam dubitavit. Ordinem autem imaginum mutavit, cum prius urbem obsessam describeret, tum urbem pacis tempore florentissimam. Sed quamquam versuum, quos supra attulimus, exemplum fuit Iliadis Σ 509 sqq.:

τὴν δ' ἑτέρην πόλιν δύω στρατοὶ ἥατο λαῶν
τεύχεσι λαμπόμενοι. δίχα δέ σφισι ἥνδανε βουλή
ἠὲ διαπραθέειν ἢ ἄνδιχα πάντα δάσασθαι,

— — — — — — — — — —

514\. τεῖχος μὲν ῥ' ἄλοχοί τε φίλαι καὶ νήπια τέκνα
ῥύατ' ἐφεσταότες, μετὰ δ' ἀνέρες, οὓς ἔχε γῆρας·
οἱ δ' ἴσαν· ἦρχε δ' ἄρα σφιν Ἄρης καὶ Παλλὰς Ἀθήνη κτλ,

tamen aliis quoque versibus Homericis aut versuum

partibus poetam usum esse nemo negabit. Ita iam ad versum 237 sqq. comparari possunt: M 424 sqq.:

οἱ δ' ὑπὲρ αὐτέων
δήιουν ἀλλήλων ἀμφὶ στήθεσσι βοείας
— — — — — — — — — — —
427. πολλοὶ δ' οὐτάζοντα κατὰ χρόα νηλέι χαλκῷ
ἠμὲν ὅτεῳ στρεφθέντι μετάφρενα γυμνωθείη
μαρναμένων, πολλοὶ δὲ διαμπερὲς ἀσπίδος αὐτῆς.

Deinde versus 238 compositus est ex Iliadis H 301: ἠμὲν ἐμαρνάσθην (P 382. νόσφιν ἐμαρνάσθην) et H 193: πολεμήια τεύχεα et Odysseae λ 41: βεβροτωμένα τεύχε' ἔχοντες.[86] Insequentium versuum 239 sq. exemplum extat in Iliadis I 530 sqq.:

ἀμφὶ πόλιν Καλυδῶνα καὶ ἀλλήλους ἐνάριζον,
Αἰτωλοὶ μὲν ἀμυνόμενοι Καλυδῶνος ἐραννῆς.
Κουρῆτες δὲ διαπραθέειν μεμαῶτες Ἄρηι,

et praeterea ad versum 239 pertinet: Γ 140: ἀνδρός τε προτέρου καὶ ἄστεος ἠδὲ τοκήων; sed pro: ἄστεος Scuti auctor vocem: πόλις recepit ex Odysseae α 170 (et saepius): πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες, et in versu 240 Iliadis Π 80: νεῶν ἀπὸ λοιγὸν ἀμύνων adhibuit; sed pro verbo composito: διαπραθέειν (Σ 511. I 532) formam simplicem: πραθέειν supposuit ab Homero non usurpatam. Insequentis versus verba: δῆριν ἔχοντες assumpta sunt ex Odysseae ω 515: ἀρετῆς πέρι δῆριν ἔχουσι (cf. P 158: δῆριν ἔθεντο). Versus 242: αἱ δὲ γυναῖκες ἐυδμήτων ἐπὶ πύργων spectat ad Iliadis Σ 514: τεῖχος μὲν ῥ' ἄλοχοί τε φίλαι καὶ νήπια τέκνα, sed verba poeta ita mutavit, ut pro ἄλοχοι scriberet: γυναῖκες et ex M 154: ἐυδμήτων ἀπὸ πύργων alia cum praepositione reciperet: ἐυδμήτων

86) Conferas hymn. Hom. XXVIII, 5: πολεμήια τεύχε' ἔχουσαν.

ἐπὶ πύργων; liberos Scuti poeta praetermisit, de mulieribus autem insequente quoque versu verba fecit, quem composuit ex Iliadis P 89: ὀξὺ βοήσας. B 224: μακρὰ βοῶν et Odysseae β 153: δρυψαμένω δ' ὀνύχεσσι παρειὰς ἀμφί τε δειράς, et ad versum 244 spectat: ω 75: ἔργον δὲ περικλυτοῦ Ἡφαίστοιο.[87]

Ad Iliadis librum Σ denuo pertinet versus 245: ἄνδρας δ', οἳ πρεσβῆες ἔσαν γῆράς τε μέμαρπεν, quae verba respondent ad Σ 515: μετὰ δ' ἀνέρες, οὓς ἔχε γῆρας. verba autem ipsa poeta recepit ex Odysseae: ω 390: ἐπεὶ κατὰ γῆρας ἔμαρψεν. Versus 246 sq. verba: ἂν δὲ θεοῖσι | χεῖρας ἔχον μακάρεσσι. similiter occurrunt in Iliadis Γ 318 = H 177: θεοῖσι δὲ χεῖρας ἀνέσχον, praeterea haud scio an poetae in animo fuerint verba Odysseae ν 54 = σ 425: οἳ δὲ θεοῖσι | ἔσπεισαν μακάρεσσι, cum aliis locis Homericis semper μακάρεσσι θεοῖσι inveniatur, velut E 340; et extrema versus 247 verba: περὶ σφετέροισι τέκεσσι mutato pronomine ex P 133 assumpta sunt, ubi legitur: ἑστήκει ὥς τίς τε λέων περὶ οἷσι τέκεσσιν.

Insequentibus versibus 249 sqq. poeta iterum versus Iliadis Σ 535 sqq., quos integros iam supra versibus 156—159 receperat, leviter mutatos adhibuit, aliis quoque verbis Homericis usus. Afferri enim potest ad versum 249: E 291: λευκοὺς δ' ἐπέρησεν ὀδόντας; ad v. 254: H 330: ψυχαὶ δ' Ἄϊδος δὲ κατῆλθον et Y 294: δαμεὶς Ἄϊδος δὲ κάτεισι; ad v. 255: Θ 13: ἐς Τάρταρον ἠερόεντα; et quod attinet ad versus 251 verba: δῆριν ἔχον conferas velim, quae supra ad versum 241 dicta sunt.

87) Conferas hymn. Hom. i. Merc. 115:
βίη κλυτοῦ Ἡφαίστοιο.

Cum versibus 251 sqq., quibus Parcae commemorantur et Ἀχλύς, apud Homerum non inveniuntur versus, qui congruant; attamen similitudines paucae insunt. Comparare licet cum versu 256: Odysseae χ 19: αἵματος ἀνδρομέοιο;

cum v. 257: Σ 134: καταδύσεο μῶλον Ἄρηος et Ψ 234: τῶν μιν ἐπερχομένων ὅμαδος καὶ δοῦπος ἔγειρεν;

cum v. 258 verbis: ἣ μὲν ὑφήσσων: Σ 519: λαοὶ δ' ὑπ' ὀλίζονες ἦσαν;

cum v. 259: ἀλλ' ἄρα ἥ γε: Τ 93: ἀλλ' ἄρα ἥ γε κατ' ἀνδρῶν κράατα βαίνει;

cum versus 260: τῶν γε μὲν ἀλλάων προφερής τ' ἦν πρεσβυτάτη τε; Odysseae θ 221: τῶν δ' ἄλλων ἐμὲ φημὶ πολὺ προφερέστερον εἶναι.[88]

cum v. 261: Ο 696: αὖτις δὲ δριμεῖα μάχη παρὰ νηυσὶν ἐτύχθη;

cum v. 263: Λ 553 (et saepius): θρασειάων ἀπὸ χείρων et Odysseae η 212: τοῖσίν κεν ἐν ἄλγεσιν ἰσωσαίμην, quo uno loco Homerico verbum ἰσόομαι usurpatur; vox autem ἐπισμυγερός, quae adiectivi forma v. 264 adhibetur, apud Homerum nisi adverbii forma non occurrit, γ 195, δ 672, et ad versus 268 verba: αἷμ' ἀπελείβετ' ἔραζ' conferas quae ad versum 174 diximus. Denique quod attinet ad versum 269, afferi potest: Β 219 = Κ 134: φοξὸς ἔην κεφαλήν, ψεδνὴ δ' ἐπενήνοθε λάχνη, vox autem κατενήνοθε apud Homerum nusquam extat.[89]

---

88) Conferas Hesiodi Theogon. 79:

Καλλιόπη θ' ἣ δὲ προφερεστάτη ἐστὶν ἁπάσεων

et hymn. Hom. i. Cer. 110:

Καλλιθόη θ' ἣ τῶν προφερεστάτη ἦεν ἁπασῶν.

89) Conferas hymn. Hom. i. Cer. 279:

ξανθαὶ δὲ κόμαι κατενήνοθεν ὤμους.

Praeter hanc urbem bello oppressam Homeri exemplum secutus Scuti poeta alteram quoque urbem describit pace florentissimam et varias hominum occupationes enumerat, sed etiam has imagines suo more aliis versibus Homericis adhibitis accuratius exornat. Ita cum Homerus urbem his paucis verbis commemoret, Σ 490 sq.:

ἐν δὲ δύω ποίησε πόλεις μερόπων ἀνθρώπων
καλάς,

Scuti poeta, quibus rebus illa ornata sit enarrat, versu 270 sqq.:

παρὰ δ' εὔπυργος πόλις ἀνδρῶν
χρύσειαι δέ μιν εἶχον ὑπερθυρίοις ἀραρυῖαι
ἑπτὰ πύλαι,

quibus in verbis eum in animo habuisse putaverim Iliadis Η 71: Τροίην εὔπυργον[90], Μ 454: αἵ ῥα πύλας εἴρυντο πύκα στιβαρῶς ἀραρυίας, Η 338 sq.:

πύργους ὑψηλούς, εἶλαρ νηῶν τε καὶ αὐτῶν,
ἐν δ' αὐτοῖσι πύλας ποιήσομεν εὖ ἀραρυίας

et Odysseae η 88 sq.:

χρύσειαι δὲ θύραι πυκινὸν δόμον ἐντὸς ἔεργον·
σταθμοὶ δ' ἀργύρεοι ἐν χαλκέῳ ἔστασαν οὐδῷ,
ἀργύρεον δ' ἐφ' ὑπερθύριον,[90] χρυσῆ δὲ κορώνη.

Deinde postquam viros hilaritati et choreis deditos fuisse poeta enarravit versu 272 sq.:

τοὶ δ' ἄνδρες ἐν ἀγλαΐῃς τε χοροῖς τε
τέρψιν ἔχον,

„pompa nuptialis" describitur „cum sponsa curru vecta ad virum traducitur, inter hymenaeos, taedarum splendorem fistularumque concentus, eam comitante iuvenum ac puellarum caterva," v. 273 sqq.:

90) Hoc uno loco Homerico hoc vocabulum occurrit.

τοὶ μὲν ἐυσσώτρου ἐπ' ἀπήνης
ἦγοντ' ἀνδρὶ γυναῖκα. πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρει·
τῆλε δ' ἀπ' αἰθομένων δαΐδων σέλας εἰλύφαζε
χερσὶν ἔνι δμωῶν· ταὶ δ' ἀγλαΐῃ τεθαλυῖαι
πρόσθ' ἔκιον· τῇσιν δὲ χοροὶ παίζοντες ἕποντο.
τοὶ μὲν ὑπὸ λιγυρῶν συρίγγων ἵεσαν αὐδὴν
ἐξ ἁπαλῶν στομάτων, περὶ δέ σφισι ἄγνυτο ἠχώ.
αἳ δ' ὑπὸ φορμίγγων ἄναγον χορὸν ἱμερόεντα.

Horum versuum, quibus denuo Scuti auctor Homeri descriptionem superare studet, exemplum fuerunt Iliadis Σ 491 sqq.:

ἐν τῇ μὲν ῥα γάμοι τ' ἔσαν εἰλαπίναι τε,
νύμφας δ' ἐκ θαλάμων δαΐδων ὕπο λαμπομενάων
ἠγίνεον ἀνὰ ἄστυ, πολὺς δ' ὑμέναιος ὀρώρειν,
κοῦροι δ' ὀρχηστῆρες ἐδίνεον, ἐν δ' ἄρα τοῖσιν
αὐλοὶ φόρμιγγές τε βοὴν ἔχον· αἱ δὲ γυναῖκες
ἱστάμεναι θαύμαζον ἐπὶ προθύροισι ἑκάστη.

Ad singulos versus quod attinet poeta versum 373 sq. assumpsit ex Iliadis Ω 275: ἐκ θαλάμου δὲ φέροντες ἐυξέστης ἐπ' ἀπήνης, sed pro adiectivo: ἐύξεστος adiectivo: ἐύσσωτρος usus est, quod invenit Ω 578: ἐυσσώτρου ἀπ' ἀπήνης; versus 275 sq., quamquam exemplum fuit Iliadis Σ 492: δαΐδων ὕπο λαμπομενάων, tamen verba recepta sunt ex Odysseae η 101: αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχοντες,[91] adhibitis praeterea verbis σ 354: δαΐδων σέλας et Iliadis Υ 492: ἄνεμος φλόγα εἰλυφάζει; et cum eiusdem versus verbis: ταὶ δ' ἀγλαΐῃ τεθαλυῖαι comparari possunt Z 510: ὁ δ' ἀγλαΐηφι πεποιθώς et λ 415: ἢ εἰλαπίνῃ τεθαλυίῃ. Ad versum 279 conferas quae diximus ad v. 348 et ad versum 280 pertinet Iliadis Σ 603:

91) Conferas hymn. Hom. i. Cer. 48 = 61:
αἰθομένας δαΐδας μετὰ χερσὶν ἔχουσα.

πολλὸς δ' ἱμερόεντα χορὸν περιίσταθ' ὅμιλος et Odysseae σ 194: Χαρίτων χορὸν ἱμερόεντα.[92]

Insequentibus versibus turba invenum describitur, qui laeti et cantantes per vias urbis comissantur: versu 281 sqq.:

ἔνθεν δ' αὖ θ' ἑτέρωθε νέοι κώμαζον ὑπ' αὐλοῦ.
τοί γε μὲν αὖ παίζοντες ὑπ' ὀρχηθμῇ καὶ ἀοιδῇ
τοί γε μὲν αὖ γελόωντες ὑπ' αὐλητῆρι ἕκαστος
πρόσθ' ἔκιον· πᾶσαν δὲ πόλιν θαλίαι τε χοροί τε
ἀγλαΐαι τ' εἶχον.

Quibus versibus similitudines modo paucae inveniuntur; afferri autem potest ad v. 282: Odysseae ρ 605: οἳ δ' ὀρχηστυῖ καὶ ἀοιδῇ | τέρποντ' et Iliadis Ν 637: μολπῆς τε γλυκερῆς καὶ ἀμύμονος ὀρχηθμοῖο.[93]

Ad eandem Homeri descriptionem revocari possunt quae sequuntur imagines, quibus quae extra urbem fiant, describuntur, quibus imaginibus poeta alias ab ipso inventas addidit; in verbis autem eandem quam antea imitationis rationem adhibuit, quam rem iam deinceps videamus.

Uno versu 285 sq.: τοὶ δ' αὖ προπάροιθε πόληος νῶθ' ἵππων ἐπιβάντες ἐθύνεον, postquam equestres exercitationes descripsit poeta, ad quae verba afferre licet Iliadis Β 811: ἔστι δέ τις προπάροιθε πόλιος et Ε 328: ὧν ἵππων ἐπιβάς, scutum Achillis imitatus agricolarum vitam nobis explicat, quo modo agrum colant, messem faciant, vindemias colligant. Quibus in rebus quamquam Homeri exemplum secutus est, tamen interest aliquid inter Scuti et Iliadis versus. Nam cum Homerus

92) Conferas hymn. Hom. i. Merc. 481:
χορὸν ἱμερόεντα καὶ ἐς φιλοκυδέα κῶμον.

93) Conferas hymn. Hom. i. Apoll. Del. 149 sq.:
ὀρχηθμῷ καὶ ἀοιδῇ
μνησάμενοι τέρπουσιν.

multis versibus clarissimam vitae imaginem animo fingat, Scuti auctor paucis verbis sola ea describit, quae re vera afficta videre potuit.

Ita primum de aratoribus modo his utitur verbis, v. 286 sqq.: οἱ δ᾽ ἀροτῆρες
ἤρεικον χθόνα δῖαν, ἐπιστολάδην δὲ χιτῶνας
ἐστάλατ᾽,
cum Homerus decem fere versibus eorum opus describat, ex quibus cum Scuti verbis comparare licet, Σ 541 sqq.:
ἐν δ᾽ ἐτίθει νειὸν μαλακήν, πίειραν ἄρουραν,
εὐρεῖαν τρίπολον· πολλοὶ δ᾽ ἀροτῆρες ἐν αὐτῇ
ζεύγεα δινεύοντες ἐλάστρεον ἔνθα καί ἔνθα κτλ.,
pro Homeri autem: πίειραν ἄρουραν Scuti auctor χθόνα δῖαν ex Ω 532 desumpsit.

Accuratius poeta Hesiodeus Homeri exemplum sequitur, cum de agricolis messem facientibus verba faciat, v. 288 sqq.:
αὐτὰρ ἔην βαθὺ λήιον· οἵ γε μὲν ἤμων
αἰχμῇς ὀξείῃσι κορωνιόωντα πέτηλα,
βριθόμενα σταχύων, ὡς εἰ Δημήτερος ἀκτήν·
οἳ δ᾽ ἄρ᾽ ἐν ἐλλεδανοῖσι δέον καί ἔπιτνον ἀλωήν,
quibus cum verbis congruunt Homeri versus Σ 550 sqq.:
ἐν δ᾽ ἐτίθει τέμενος βαθυλήιον· ἔνθα δ᾽ ἔριθοι
ἤμων ὀξείας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες.
δράγματα δ᾽ ἄλλα μετ᾽ ὄγμον ἐπήτριμα πῖπτον ἔραζε,
ἄλλα δ᾽ ἀμαλλοδετῆρες ἐν ἐλλεδανοῖσι δέοντο.
τρεῖς δ᾽ ἄρ᾽ ἀμαλλοδετῆρες ἐφέστασαν· αὐτὰρ ὄπισθεν
παῖδες δραγμεύοντες ἐν ἀγκυλίδεσσι φέροντες,
ἀσπερχὲς πάρεχον.
Insequentes autem Iliadis versus 556—560, ubi dominum agri inducit poeta et quomodo victima sacrificetur et

mulieres cenam parent, describit, Scuti auctor plane praetermisit, quem eundem versus quoque supra allatos suo more mutavisse apparet. Ita versu 288 Homeri βαθυλήιον, quod Σ 550 adiectivi locum tenet, pro substantivo cum adiectivo coniuncto usurpatus est, quale apud Homerum quoque occurrit B 147 et Λ 560, et insequente versu pro Homeri δρεπάνη adhibuit: αἰχμή. Ad versum 290 afferri potest praeter versum Iliadis Σ 561: σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωήν, qui versus spectat ad vindemiam, Θ 307: καρπῷ βριθομένη et Ψ 598: ὡς εἴ τε περὶ σταχύεσσιν ἐέρση [94] et verba Δημήτερος ἀκτήν inveniuntur N 322, Φ 76, versus autem 291 ad verba: ἔπιτνον ἀλωήν pertinent Iliadis Σ 566: ὅτε τρυγόφεν ἀλωήν.

Non minus poeta Homerum in vindemia describenda imitatur, versu 292 sqq.:

οἳ δ' ἐτρύγων οἴνας δρεπάνας ἐν χερσὶν ἔχοντες,
οἳ δ' αὖτ' ἐς ταλάρους ἐφόρευν ὑπὸ τρυγητήρων
λευκοὺς καὶ μέλανας βότρυας μεγάλων ἀπὸ ὄρχων,
βριθομένων φύλλοισι καὶ ἀργυρέῃς ἑλίκεσσιν.
οἳ δ' αὖτ' ἐς ταλάρους ἐφόρευν. παρὰ δέ σφισιν ὄρχος
χρύσεος ἦν, κλυτὰ ἔργα περίφρονος Ἡφαίστοιο
[τοί γε μὲν αὖ παίζοντες ὑπ' αὐλητῆρι ἕκαστος] [95]
σειόμενος φύλλοισι καὶ ἀργυρέῃσι κάμαξι.
βριθόμενος σταφυλῇσι· μελάνθησάν γε μέν αἵδε.
οἵ γε μὲν ἐτράπεον, τοὶ δ' ἤρυον·,

---

94) Conferas hymn. Hom. i. Cer. 455 sq.:

πέδῳ δ' ἄρα πίονες ὄγμοι
βρισέμεν ἀσταχύων, τὰ δ' ἐν ἐλλεδανοῖσι δεδέσθαι.

95) Hunc versum, partim ex versu 282, partim ex versu 283 compositum loco quo traditus est, ad sententiam non quadrare nemo negabit. Quare editores eum e contextu reiecerunt, praesertim cum pauci modo codices eum exhibeant. Sed haud repudiandum videtur esse, quod Peppmüller (Vari-

quorum versuum exemplum praebent Homeri illa verba, quibus eadem imago in scuto Achillis facta enarratur, Σ 561 sqq.:

ἐν δ' ἐτίθει σταφυλῇσι μέγα βρίθουσαν ἀλωὴν
καλὴν χρυσείην· μέλανες δ' ἀνὰ βότρυες ἦσαν,
ἑστήκει δὲ κάμαξι διαμπερὲς ἀργυρέῃσιν.
ἀμφὶ δέ κυανέην κάπετον, περὶ δ' ἕρκος ἔλασσεν
κασσιτέρου· μία δ' οἴη ἀτάρπιτος ἦεν ἐπ' αὐτήν,
τῇ νίσσοντο φορῆες, ὅτε τρυγόῳεν ἀλωήν.
παρθενικαὶ δὲ καὶ ἠίθεοι ἀταλὰ φρονέοντες
πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον μελιηδέα καρπόν.
τοῖσι δ' ἐν μέσσοισι πάις φόρμιγγι λιγείῃ
ἱμερόεν κιθάριζε, λίνον δ' ὑπὸ καλὸν ἄειδεν
λεπταλέῃ φωνῇ· τοὶ δὲ ῥήσσοντες ἁμαρτῇ
μολπῇ τ' ἰυγμῷ τε ποσὶ σκαίροντες ἕποντο.

Quod ad singulos versus attinet, versu 292 poeta verbum ex Σ 566: τρυγόῳεν recepit et extrema eiusdem versus verba: δρεπάνας ἐν χερσὶ ἔχοντες alio in conexu occurrunt in Iliadis Σ 551. Verba versus 293 = 296: ἐς ταλάρους ἐφόρευν leniter mutata ex Σ 568: πλεκτοῖς ἐν ταλάροισι φέρον assumpta sunt, et ad verba versus 296 sq.: παρὰ δέ σφισιν ὄρχος | χρύσεος ἦν pertinent verba Σ 564 sq.: περὶ δ' ἕρκος ἔλασσεν | κασσιτέρον. Denique versus 297 verbis: κλυτὰ ἔργα περίφρονος Ἡφαίστοιο tota poetae ratio cognosci potest: nam adiectivum περί-φρων ex duobus adiectivis composuit, quae Homerus Vulcano tribuit: θ 287 = ω 75: περικλυτοῦ Ἡφαίστοιο et θ 297 = 327: πολύφρονος Ἡφαίστοιο (conferas Φ 367:

ationen p. 27; Hesiodos p. 288) proposuit, illum versum post versum 300 ponendum esse. Quae res etiam verisimilior est, si poeta hoc uno versu Homeri Iliadis libri Σ versus 569—571 supra allatos imitatum esse statuimus, quod fieri nescio an nobis liceat.

Ἡφαίστοιο βίηφι πολύφρονος) et adiectivum κλυτός cum voce ἔργα coniunxit, cum apud Homerum quoque κλυτὰ τεύχεα saepissime occurrant.

Finem huius occupationum hominum descriptionis faciunt complures imagines, quibus pugilationem et luctationem, venationem et curriculum equorum poeta describit. Quae imagines quamquam similes in scuto Achillis non inveniuntur, tamen dubitari non potest, quin his quoque versibus imitationes Homeri insint. Legitur autem versu 301 sqq.: οἳ δ' ἐμάχοντο

πύξ τε καὶ ἑλκηδόν· τοὶ δ' ὠκύποδας λαγὸς ᾕρευν
ἄνδρες θηρευταί, καὶ καρχαρόδοντε κύνε προ.
ἱέμενοι μαπέειν, οἳ δ' ἱέμενοι ὑπαλύξαι·
πὰρ δ' αὐτοῖς ἱππῆες ἔχον πόνον, ἀμφὶ δ' ἀέθλῳ
δῆριν ἔχον καὶ μόχθον. ἐυπλεκέων δ' ἐπὶ δίφρων
ἡνίοχοι βεβαῶτες ἐφίεσαν ὠκέας ἵππους
ῥυτὰ χαλαίνοντες, τὰ δ' ἐπικροτέοντα πέτοντο
ἅρματα κολλήεντ', ἐπὶ δὲ πλῆμναι μέγ' ἀύτευν.
οἳ μὲν ἄρ' αἴδιον δὴ ἔχον πόνον, οὐδέ ποτέ σφιν
νίκη ἐπηνύσθη, ἀλλ' ἄκριτον εἶχον ἄεθλον.
τοῖσιν δὲ προέκειτο μέγας τρίπος ἐντὸς ἀγῶνος,
χρύσειος, κλυτὰ ἔργα περίφρονος Ἡφαίστοιο.

Versus 301 sq.: οἳ δ' ἐμάχοντο πύξ τε καὶ ἑλκηδόν exemplum extat in Iliadis Ψ 621: οὐ γάρ πύξ γε μαχέσσεαι οὐδὲ παλαίσεις, sed Scuti auctor pro Homeri verbo: παλαίειν adverbium ἑλκηδόν adhibuit, quod apud Homerum frustra quaeris.

Deinde in venatione describenda poetae in animo fuerunt Iliadis K 360 sqq.:

ὡς δ' ὅτε καρχαρόδοντε δύω κύνε εἰδότε θήρης,
ἢ κεμάδ' ἠὲ λαγωὸν ἐπείγετον ἐμμενὲς αἰεὶ
χῶρον ἀν' ὑλήεντα, ὅτε προθέῃσι μεμηκώς,

sed suo more verba Homerica mutavit; nam pro λαγωός alia forma λαγός utitur ab Homero aliena, et leporibus adiectivum ὠκύπος tribuit, quod apud Homerum ubique de equis usurpatur, velut E 732: ἵππους ὠκυπόδας; praeterea afferri potest ad versum 303: M 41: καὶ ἀνδράσι θηρευτῇσι et ad v. 304: Λ 168: ἱέμενοι πόλιος (Π 507: ἱεμένους φοβέεσθαι) et M 327: ἃς οὐκ ἔστι φυγεῖν βροτὸν οὐδ' ὑπαλύξαι.

In insequentibus versibus, quibus curriculum equorum describitur, hae inveniuntur imitationes: cum v. 305 sq. comparare licet Iliadis P 157 sq.: οἳ περὶ πάτρης | ἀνδράσι δυσμενέεσσι πόνον καὶ δῆριν ἔθεντο et E 667: τοῖον γὰρ ἔχον πόνον ἀμφιέποντες; cum v. 306: Ψ 335: ἐυπλέκτῳ ἐνὶ δίφρῳ. sed pro adiectivo ἐύπλεκτος adiectivum ἐυπλεκής adhibitur, quod occurrit Ψ 436: δίφρους τ' ἀνστρέψειαν ἐυπλεκέας; cum v. 308: O 452 sq.: ἤριπε δ' ἐξ ὀχέων, ὑπερώησαν δέ οἱ ἵπποι | κείν' ὄχεα κροτέοντες, quo uno loco Homerico verbum κροτέειν legitur, pro quo Scuti auctor compositum ἐπικροτέειν usurpavit ab Homero alienum. In versu 309 poeta in animo habuit O 389: ναύμαχα κολλήεντα (Δ 366 = Λ 198: ἅρμασι κολλητοῖσιν) et versus 312 exemplum fuit X 163 sq.: τὸ δὲ κεῖται ἄεθλον | ἢ τρίπος ἠὲ γυνή —. Denique quod attinet ad versum 310 delegari potest ad versum 305,[96] et de versu 313 conferas versum 297.

Ut Homerus scuti Achillis, ita Hesiodeus poeta scuti Herculis descriptionem finit, Oceanum afferens, qui omnes imagines circumfusus est. Sed denuo Scuti auctor Homerum superare studet; nam cum Homerus Σ 607 sq. dicat:

96) Conferas hymn. Hom. XXIX, 3: ἕδρην ἀΐδιον ἔλαχε; et in Iliade et in Odyssea adiectivum: ἀΐδιος non occurrit.

ἐν δ' ἐτίθει ποταμοῖο μέγα σθένος Ὠκεανοῖο
ἄντυγα πὰρ πυμάτην σάκεος πύκα ποιητοῖο,

Hesiodeus poeta descriptionem compluribus versibus exornavit in iis quoque Homericis verbis usus. Legimus autem versu 314 sqq.:

ἀμφὶ δ' ἴτυν ῥέεν Ὠκεανὸς πλήθοντι ἐοικώς·
πᾶν δὲ συνεῖχε σάκος πολυδαίδαλον, οἳ δὲ κατ' αὐτὸν
κύκνοι ἀερσιπόται μέγαλ' ἤπυον, οἵ ῥά τε πολλοὶ
νῆχον ἐπ' ἄκρον ὕδωρ· παρὰ δ' ἰχθύες ἐκλονέοντο.

Extrema autem versus 314 verba assumpta sunt ex Iliadis E 87: θῦνε γὰρ ἀμ πέδιον ποταμῷ πλήθοντι ἐοικως | χειμάρρῳ — — — et insequente versu in memoriam vocantur Λ 32: πολυδαίδαλον ἀσπίδα et T 379: σάκεος καλοῦ δαιδαλέου: Ad versum 316 afferri potest: Iliadis Γ 327 = Ψ 475: ἵπποι ἀερσίποδες et M 201 = 219: αἰετὸς ὑψιπέτης, adiectivum autem: ἀερσιπότης apud Homerum non invenitur, Scuti poeta id ex duobus illis Homericis composuit, ut Iliadis vocabula vitaret, et Odysseae ι 399: αὐτὰρ ὁ Κύκλωπας μεγάλ' ἤπυεν; et ad v. 317: Iliadis Υ 229: ἄκρον ἐπὶ ῥηγμῖνα ἁλὸς πολιοῖο θέεσκον et E 93: πυκιναὶ κλονέοντο φάλαγγες.

Hae sunt similitudines Scuti Herculis Hesiodei cum Homeri carminibus, quas nobis carmina illa comparantibus occurrerunt. Iam quaerendum erit ex tanta imitatione quae effici possint: qua de re in postremo capite verba faciemus.

IV. De conclusionibus ex comparatione carminum coactis.

Scuti Hesiodei cum Homeri carminibus comparatione iam ad finem perducta, etsi compluribus locis dubium

potest esse, utrum quem attuli Homeri versum poeta in animo habuerit an ex communi sermonis epici usu hauserit — liceat mihi hoc loco verba afferre, quae Hinrichsius[97] in eam Iliadis A partem, quam dicere solemus: „die Chryseisepisode", opus ab Scuto haud dissimile adhibuit: „Selbstverständlich bilde ich mir weder ein, einen Mohren weiss waschen zu können, noch glaube ich, dass die Grenze zwischen formelhaftem und individuellem Ausdruck überall mit dürren Worten scharf angegeben werden kann oder angegeben werden muss. Ist die Entlehnung der letzteren erwiesen, so widerstrebt auch jenes der Annahme nicht," — tamen id constat eum multo magis ab Homero pendere quam adhuc viri docti putaverint. Et ad hoc quidem carmen pertinent verba, quibus olim Koechlyus[98] de illo Homeri carmine iudicavit: „Iam enim cuique apparebit nos hic nec carmen nec carminis fragmentum nec omnino aliquid poeseos simile sed merum habere consarcinatoris fetum." Nam solo eo consilio Scuti auctor in toto epyllio componendo ducitur, ut quam artissime Homerum sequatur eiusque versibus et verbis quam maxime utatur; ea autem ipsa ex re intelligendae sunt multae illae et rerum et singulorum verborum ineptiae et singularitates, quae quin in hoc carmine inveniantur nemo dubitat.

Iam antiquis enim temporibus fuisse qui in talibus ineptiis offenderint et hypothesei et scholiis traditur. In prima ad Scutum hypothesei legitur: Μεγακλῆς ὁ

97) G Hinrichs, Die homerische Chryseisepisode. Hermes XVII. (1882) p. 60.

98) H. Koechly, De Iliadis carminibus dissertatio III. Index lect. Turici 1857 p. 16 = Opusc. philolog. I p. 61.

Ἀθηναῖος γνήσιον μὲν οἶδε τὸ ποίημα, ἄλλως δὲ ἐπιτιμᾷ τῷ Ἡσιόδῳ· ἄλογον γάρ φησι ποιεῖν ὅπλα Ἥφαιστον τοῖς τῆς μητρὸς ἐχθροῖς. Quibus verbis recte iudicavit ille Megacles; sed cum hac in re poeta fortasse excusari possit, quod Vulcanus, ut est faber deorum, etiam heroibus, quibus deus aliquis vel dea favet, arma facere solet, tamen aliae inveniuntur, quae re vera sententiae repugnent, qua de causa viri docti, quos tales difficultates non fugerunt, compluribus locis interpolationem extare censuerunt. Qui loci iam nobis enumerandi et paucis verbis tractandi erunt.

Ita versu 68 Apollo Cycni preces non audire narratur; qua in re optimo iure Künnethius[99] offendit, cum mirum esse dicat Cycnum Apollinis invocare subsidium, cuius in templo legationibus Delphos proficiscentibus vim intulerit (cf. v. 479 sq.). Itaque versum 68 postea sibi visus additum esse ab interpolatore aliquo, „der gleich hier andeuten zu müssen glaubte, dass die Erwartung des Kyknos (ἐλπόμενος etc. v. 66) sich nicht erfüllte, und den Namen des Apollo aus v. 70 mit der aus Homer geläufigen Formel einfügte.“ Iam nos quidem, quamquam concedimus hoc versu difficultatem extare, Künnethio non assentiemur; nam Homeri formulam: τοῦ δ' ἔκλυε Φοῖβος Ἀπόλλων poetam adhibuisse vidimus, et ipsa haec ratio optime pertinet ad Scuti auctorem, qui versus et formulas Homericas assumat, etiamsi suo loco ad sententiam haud ita bene quadrant.

Ad versus 108 sqq. Peppmüller[100] rectissime monuit offensionis habere, quod Hercules in curru

99) Künneth, l. l. II p. 25 sq.
100) Peppmüller, Hesiodos p. 254 sq.

vehens tum demum arma caperet. „Warum hat er die Waffen — so fragt man — nicht bereits früher angelegt, sondern führt sie auf dem Wagen mit sich? Was in der Homerischen Erzählung in der Aufforderung des Achilleus an Patroklos ganz passend ist, das überträgt der Hesiodeische Dichter auf eine ganz andere Lage seines Helden, und er tut es, weil er kein besseres Mittel die Schildbeschreibung anzubringen gefunden hat, als dass er seinen Helden, wie er es bei Homer an mehreren Stellen sah, die Waffen Stück für Stück, und zwar den Schild zuletzt anlegen liess." Sed denuo Scuti auctorem in hac re describenda Homeri clarissimum locum imitatum esse Homericaque verba recepisse supra accuratius demonstravimus, quo imitationis studio etiam haec singularitas intellegenda est.

Scuti descriptione finita Minervam accedere vidimus et herois animum verbis confirmare. Quo facto poeta pergit, v. 338 sqq.:

ὣς εἰποῦσ' ἐς δίφρον ἐβήσατο δῖα θεάων,
νίκην ἀθανάτῃς χερσὶν καὶ κῦδος ἔχουσα,
ἐσσυμένως· τότε δή ῥα διόγνητος Ἰόλαος
σμερδαλέον ἵπποισιν ἐκέκλετο.

Quibus versibus elucet praeter Herculem et Iolaum etiam Minervam, tres igitur personas, curru vehi, quod plane absurdum est et, quantum ego quidem scio, neque litteris neque monumentis usquam occurrit. Sed orta est haec quoque ineptia ex imitatione Homeri, cum Scuti auctor Διομήδους ἀριστείας versus (E 835 sq.) in animo habuerit non recordatus illo loco Minervam priusquam in Diomedis currum ascendisset, Sthenelum aurigam eius, e curru depulisse:

E 835: ὣς φαμένη Σθένελον μὲν ἀφ' ἵππων ὦσε χαμᾶζε

— — — — — — — — — — — —

ἣ δ' ἐς δίφρον ἔβαινε παραὶ Διομήδεα δῖον.

Versu 343 Minerva equorum animum incendit aegida concutiens, qua re Hesiodeus poeta, quod duos Iliadis locos compilavit, ab Homeri usu discrepat, cuius in carminibus aegida concussam semper terrorem inferre recte Künnethius[101] animadvertit. Quae discrepantia poetae rationem significat neque est, cur interpolationem his versibus inesse putemus.

Primae illarum comparationum, quas a versu 374 incipiens Scuti poeta heroum pugnae inseruit, exemplum extat in Iliadis N versibus 136 sqq. Homeri loco Hector Troianos praecurrens cum lapide comparatur, qui summo in monte vehementi imbri abruptus praecipitat neque iter sistit priusquam in planitiem advenerit; ita etiam Hector tum demum inhibetur, cum in Graecorum aciem inciderit. In Scuto autem Hesiodeo, cum ut duo heroes concurrunt, duobus quoque saxis opus sit, poeta illam comparationem, si eam adhibere voluit, mutare cogitur, qua de causa Scuti verba: ἧος πεδίονδ' ἀφίκωνται non eandem vim habere quam Iliadis: ὃ δ' ἀσφαλέως θέει ἔμπεδον, εἷος ἵκηται ἰσόπεδον rectissime Peppmüller cognovit.[102]

Etiam enumeratio urbium, in quibus clamorem pugnantium audiri poeta narrat, Homeri loco cum de Agamemnonis regno dicatur, ad sententiam optime quadrat, Hesiodeo autem, ne quid gravius dicam, rem in maius extollit, cum nemo umquam credere potuerit armorum sonitum usque ad illas urbes pervenisse. Ex

101) Künneth, l. l. II p. 40.
102) Peppmüller, Variationen p. 29.

imitatione autem Homeri hanc ineptiam plane intellegimus neque Peppmüllero[103] assentiemur, qui versum 381 non esse genuinum sibi persuasit.

Denuo Scuti auctor ab Homero discrepat illis versibus, quibus Iovem quoque filio signum dare legitur, cum tonet et guttae sanguinolentae de caelo demittantur. Quam discrepantiam iam scholiasta annotavit:[104] Ὅμηρος μὲν ἐπὶ Σαρπηδόνος μέλλοντος τελευτᾶν, εὐλόγως. ποιεῖται τὰς αἱματοέσσας ψιάδας φερομένας, οὗτος δὲ Ἡρακλέους νικῶντος. Et id quidem proprium est Scuti auctori, qui ad carmen suum exornandum omnia coacervat, quae apta videbantur esse, etiamsi Homeri loco in alio conexu usurpata erant.

Versibus 402—412 duae comparationes communi apodosei coniuncta inveniuntur. Qua in re cum offenderint viri docti, aut duas recensiones[105] extare aut interpolationem[106] adesse statuerunt. Concedunt quidem apud Homerum quoque duas comparationes subsequentes occurrere, sed tum suam quamque habere apodosin et utraque aliam rerum condicionem exhiberi. Mihi tamen dubium est, an Scuti auctor has subtilitates observaverit; accedit, quod utraque comparatio tam aperta imitationis vestigia ostendit, ut contra aliorum iudicium omnes versus esse genuinos censeam.

Omnino quod ad totam comparationum seriem attinet, viri docti etiam maioribus inversionibus opus esse putaverunt. Ita versus 386—391 alteram recen-

---

103) Peppmüller, Variationen p. 30; contra eius sententiam etiam Künnethius II p. 40 loquitur.
104) cf. Rankii editionem p. 39.
105) Peppmüller, Variationen p. 34.
106) cf. Künneth, l. l. II p. 34 sq.

sionem versuum 426—432 praebere Peppmüller[107] sibi visus est, cum Künnethius[108] Kienium[109] secutus eos post versum 371 legendos esse credat. Versus autem 393—401 Peppmüller[110] post versum 442 ponendos esse opinatus est, cuius sententiae his verbis affert causam: „Ich möchte glauben, dass die Partie ursprünglich für den hitzigsten Kampf des Herakles bestimmt gewesen ist, den er nach der Tötung des Kyknos mit Ares zu führen hat. Denn hierher passen sie vortrefflich: ja, man erwartet dort sogar, dass Herakles mit Ares eine Zeit lang kämpft, ehe Athene sich — freilich vergeblich — ins Mittel legt. Die Anstrengung, die beiden der Kampf kostet, wäre nun nicht übel veranschaulicht.“

Ac profecto viris doctis concedendum est utriusque comparationis versus illis locis haud ita male ad sententiam quadrare neque quemquam in iis puto offensurum esse, si ibi traditi essent. Sed cum nullo modo intellegi possit, qua ratione factum sit, ut in eum locum transferrentur, quo codices eos exhibent — virorum doctorum nemo ullam proposuit rationem — tales sententiae futiles commenticiaeque sunt, ut ne speciem quidem probabilitatis habeant.

Itaque cum illis viris doctis minime assentiar, immo haec comparationum cumulatio, in qua illi offenderunt et quam in meliore quidem poeta iure vituperaremus, ex more auctoris Scuti et consilio mihi videtur facta esse. Homerum enim non modo imitatur poeta, sed etiam

107) Peppmüller, Variationen p. 23.
108) Künneth, l. l. II p. 36 sq.
109) Kiene, Philologus XXV (1867) p. 598 n. 7.
110) Peppmüller, Variationen p. 32 sq.

superare studet, quod imaginibus cumulatis et amplificatis putat se assecuturum esse.

Omnes hae rerum ineptiae, quae mihi in hac Scuti parte obvias se dederunt, etsi non expediuntur, plane intelleguntur, si totam poetae rationem respicimus

Ut tales rerum ineptiae in carmine inveniuntur, ita etiam quod ad singula vocabula attinet, singularitates extare negari non potest. Per se quidem mirum non est ab Scuti auctore multa vocabula ab Homeri carminibus aliena usurpata esse, quod inter aetatem huius carminis et Homeri intervallum satis magnum intercedit, praeterea autem multa quoque occurrunt, quae quamvis neque in Iliade neque in Odyssea legantur, tamen ab Homeri dicendi usu haud dissimilia sint et saepissime paucis modo syllabis aut litteris ab Homericis discrepent.

Has suspicari licet discrepantias non casu accidisse, sed consilio a Scuti poeta esse petitas. Eam enim esse eius naturam saepius demonstravimus, ut Homeri versus, etsi imitatur, raro integros recipiat, sed plerumque paululum mutatos adhibeat. Sed saepius singulorum vocabulorum, quae apud Homerum extat formam vitavit eamque mutavit aut alia praepositione aut forma composita pro simplici adhibita aut ex duobus Homericis novo vocabulo ficto, quod in illius carminibus frustra quaeris. Haec vocabula, quamquam suo quodque loco supra commemoravimus, tamen ut plane quae sit poetae ratio perspiciamus, contexte nobis tractanda sunt. Itaque omnium Scuti vocabulorum, quae in Homeri carminibus non inveniantur,[111] ea

---

111) Omnia Scuti vocabula ab Homero aliena contulit Herm. Fietkau; „De carminum Hesiodeorum atque hymnorum

quibus mihi haec ratio illustrari videtur iam enumerabo, ac primum quidem vocabula, quae praepositione ab Homericis discrepent:

v. 92:	μεταστοναχίζομαι	: ap.	Hom.:	ἀνα-, περι-, ὑποστεναχίζω.
„ 99:	περιμαίνομαι	: „	„ :	μαίνομαι et ἐπιμαίνομαι.
„ 131:	ῥιγηλός	: „	„ :	καταριγηλός.
„ 152:	περισήπομαι	: „	„ :	κατασήπομαι.
„ 211:	ἀναφυσιάω	: „	„ :	φυσιάω.
„ 269:	κατενήνοθεν	: „	„ :	ὑπενήνοθεν.
„ 308:	ἐπικροτέω	: „	„ :	κροτέω.
„ 344:	ἀνασείω	: „	„ :	ἐπισείω.
„ 347:	ὑπεναντίος	: „	„ :	ἐναντίος et κατεναντίον.
„ 389:	δοχμόω	: „	„ :	ἀποδοχμόω.
„ 409:	ἀπαλάομαι	: „	„ :	ἀλάομαι.

Deinde affero vocabula ex duobus Homericis composita:

v. 86:	εὔσφυρος	: ap.	Hom.:	καλλίσφυρος, sed εὔζωνος.
„ 131:	λαθίφθογγος:	„	„ :	λιγύφθογγος, „ λαθικηδής.
„ 186:	μελαγχαίτης:	„	„ :	κυανοχαίτης, „ μελαγχροιής.
„ 316:	ἀερσιπότης :	„	„ :	ὑψιπέτης et ὠκυπέτης, sed ἀερσίπους.
„ 340:	διόγνητος :	„	„ :	κασίγνητος, sed διογενής,
„ 385:	μεγαθαρσής:	„	„ :	πολυθαρσής, „ μεγάθυμος.
„ 387:	χαυλιόδων :	„	„ :	ἀργιόδους (καρχαρόδους.).
„ 393:	κυανόπτερος:	„	„ :	χρυσόπτερος, sed κυανόπεπλος.
„ 407:	ὀρεσσινόμος :	„	„ :	ἀγρονόμος, sed ὀρεσσίτροφος.
„ 424:	ταλακάρδιος :	„	„ :	θρασυκάρδιος, sed ταλαπείριος
„ 441:	βρισάρματος :	„	„ :	ἐρυσάρματος.

Denique Scuti poeta — et hac in re iam ad eam quaestionem revertimur, unde profecti sumus — studio

quattuor magnorum vocabulis non Homericis". Dissert. Königsberg. 1866.

Homeri quam accuratissime imitandi perductus a vulgari quoque fabulae, quae est de Herculis cum Cycno pugna, forma discrepuit.

Supra primo huius commentationis capite vidimus duas extare fabulae formas, quarum alteram ad Stesichori quod dicitur Κύκνος carmen reducere licet, altera Scuto Hesiodeo exhibetur. Eodem loco statuimus Stesichorum ad primariam ac genuinam fabulae formam rediisse, Hesiodeum autem poetam antea certis de causis ab illa recessisse. Quae fuerint haec causae nunc, postquam totum carmen cum Homeri carminibus comparavimus, non dubitabimus explicare: quod Homeri narrandi rationem imitari Homericosque versus desumere sibi proposuit, Scuti auctor ad Homeri Διομήδους ἀριστείας exemplum hanc fabulam permutavit. Iliadis versus quibus Martem a Diomede pugna vulnerari narratur, Scuti poeta in Herculis cum Cycno et Marte pugnam transtulit, non recordatus hanc rem vulgari fabulae formae plane repugnare, qua Jupiter fulmine heroes dirimere traditur. Iam etiam intellegimus, qua re commotus Stesichorus in „Cycno“ se a carmine Hesiodeo discrepare expressis verbis dixerit.

Hac autem de causa Scutum Herculis Hesiodeum haud ita multo ante Stesichorum potest ortum esse et post Homeri Hesiodique aetatem: ducimur igitur ad ultima saeculi VII. a. Chr. n. decennia.

Restat, ut de scuti Herculis descriptione pauca addamus. Postquam tertio capite hanc carminis partem cum Homeri carminibus accuratius comparavimus, apparet eam plane eandem imitationis rationem praebere quam in priore Scuti parte, qua pugnae heroum enarrantur,

invenimus, Qua re sequitur, ut sententia eorum virorum doctorum,[112] qui descriptionem a primo carmine omnino alienam fuisse et postea demum additam esse sibi persuaserint, teneri non possit. Eadem autem de causa iis quoque assentiri nequeo, qui eas imagines, quae et in Herculis scuto et in Homeri Achillis scuto exstent, interpolatori attribuendas esse putaverint.[113] Nam etiam in ceteris imaginibus imitationis Homeri vestigia tam aperta occurrerunt, ut quid inter duas imaginum classes intersit non intellegam.

Deinde scuti descriptioni ut priori carminis parti multae interpolationes inesse dicuntur.[114] Ex mea quidem sententia viri docti hac in re ab opinionibus praeiudicatis profecti sunt: quaerunt enim, num omnes imagines, quas poeta commemorat, re vera in scutum arte factum disponi possint, et cum id fieri non posse concedere cogantur, eos versus, qui iis obstent, e contextu removendos esse censent, quod ab interpolatore additi sint.

Tale autem iudicium, quod plane ex libidine videtur fluxisse, adhibere nobis nullo iure licere potest. Sed cum carmen, poetae igitur opus, qui se audiri et audientium animos moveri vult, nobis praesto sit,

---

112) Göttling, praef. ed.[2] p. LVIII;
Deiters, l. l. p. 57.
Schrader, Jahrbücher f. klass. Philologie 1885 p. 174.
Contra eorum sententiam iam id afferri potest quod Sophocles versum 270 legit, qui huius versus verba δάκρυσι μυδαλέα Electr. 166 adhibuit; quae verba nescio an antea Aeschylo Pers. 539: διαμυδαλέαις δάκρυσι in animo fuerint. (Cf. Kaibel, ad Elect. 166.)

113) Lehrs, l. l. p. 343 sqq.; Deiters, l. l. p. 29 sqq.; Flach.

114) De his interpolationibus, quas singulas enumerari supervacaneum sit, delegare possum ad Künnethium, l. l. l.

omnibus aliis considerationibus praetermissis primo loco quaerendum est, utrum versus, quales codicibus tradantur, contra dicendi leges aut carminis sententiam repugnent necne.

Cum ita sine ira et studio rem spectamus, descriptionis versus in universum nihil habere offensionis cognoscimus, et si singulis aliquid insit, id tamen minoris momenti esse et ex poetae ratione iam satis demonstrata intellegi.

Quod cum statuerimus, tum demum experiri licet singulas imagines singulis scuti partibus distribuere. Qua in re si inveniuntur, qui id fieri vetent versus — satis magnum esse eorum numerum, iam diu constat inter doctos, ut singulos denuo afferre supervacaneum sit — hi ea de causa extinguendi atque delendi non sunt, sed certissimum nobis praebent argumentum, quo poetam numquam scutum arte factum descripsisse demonstratur. Ex aliis argumentis, quae illi virorum doctorum sententiae opponi possunt, id unum iam commemoraverim, quamquam multa scuta antiquae aetatis eaque satis copiose ornata nobis his ultimis annis fortuna reddiderit, tamen ne unum quidem effossum esse, quod propius accederet ad Scuti Hesiodei figurarum et imaginum copiam.

Omnes has res si respiciemus, fieri non poterimus quin certum aliquod opus arte factum poetam Scuti ante oculos habuisse atque descripsisse, quam sententiam postremus Studniczka [115] confirmare studuit, negemus.

Deliberandum autem est, num poetae, etiamsi totius scuti exemplum operis arte facti non habuerit,

115) Studniczka, Serta Harteliana p. 44 sqq.

tamen in singulis imaginibus describendis certae aliquae imagines praesto fuerint. Sed etiam hanc sententiam a Löschckio[116] prolatam, quamquam multo verisimilior videtur esse, probare nequeo. Nam primum et ille quidem monumentum Scuto Hesiodeo antiquius afferre non potuit; deinde autem eos ipsos versus qui illas imagines quibus Löschckius maxime subnititur, i. e. Lapitharum et Centaurorum pugna et leporum venatione, describunt, ex Homero poetam desumpsisse supra demonstravimus. Neque enim putaverim illum si re vera monumentum aliquod describere voluisset, huius rei causa verbis versibusque Homericis tantopere usurum fuisse.

Itaque facere non possumus, quin poetam scuto Herculis describendo non id spectasse credamus, ut certas imagines arte factas describeret, sed ut Homerum quam maxime imitaretur eumque narratione et descriptione copiosius exornata et amplificata superaret. Qua de causa ex Scuto Herculis Hesiodeo ad monumenta et artem illius aetatis nihil effici cogique potest, sed contenti simus necesse est carmen habere poetae, qui illis temporibus, cum epicorum carminum ars elaberetur, Homeri exemplo Homericisque versibus usus Herculis cum Cycno et Marte pugnas haud ita inepte celebraverit, etiamsi nos ei poetae nomen vix attribuamus.

116) G. Löschcke, Archaeol. Zeitung XXXIX, (1881) p. 44 sqq.

Vita auctoris.

Natus sum Fridericus Guilelmus Stegemann die VI. mensis Martii anni s. s. LXXXI Rostochii patre Friderico, matre Emma e gente Lilge, quos adhuc superstites esse magnopere gaudeo. Fidei addictus sum evangelicae. — Scholis privatis litterarum elementis imbutus gymnasium scholae Rostochiensis, quae dicitur Magna Urbana, frequentavi. Autumno anni IC maturitatis testimonio instructus in civium almae matris Rostochiensis numerum receptus sum, ut studiis philologicis operam darem. Ubi postquam per ter sex menses moratus sum, Halas Saxonum me contuli. Unde autumno anni MCMII Rostochium redux usque ad hoc tempus in hac academia litteris incubui.

Docuerunt me viri illustrissimi:
ab Arnim (nunc Vindobonensis), Erhardt, Golther, Kalbfleisch, Kern, G. Körte, Lüders, Plasberg Rostochienses; Bechtel, Blass, Burdach, Dittenberger, Ed. Meyer (nunc Berolinensis), Robert, Strauch, Wissowa Halenses.

Seminarii philologici Rostochiensis sodalis fui extraordinarius per duo semestria moderantibus ab Arnim, Kern, Kalbfleisch, ordinarius per quattuor, quorum per tria senior, seminarii germanici rectore Golther per quinque; seminario regio philologico Halensi, cui praesunt viri doctissimi Dittenberger, Blass, Wissowa, per bis sex menses interfui, historico auspiciis Ed. Meyeri per idem tempus; ad exercitationes archaeologicas G. Körte et Robert, benigne me admiserunt.

Quibus omnibus viris optime de me meritis gratias ago quam maximas, imprimis vero Carolo Robert, qui cum philologiae studiosos, ut Scutum Hesiodeum cum Homeri carminibus compararent, in certamen academicum vocavisset, me incitavit, ut in hanc rem inquirerem, Ottoni Kern, qui postquam Rostochium reverti, consilio et opera in hac commentatione componenda me adiuvit, Wolfgango Golther, qui insigni quadam benevolentia et liberalitate studia mea germanica fovit.